36
13 C
13

298
36.13.26.13

FRIDERICI

NAVSEAE BLANCICAMPIANI INCLYTAE ECCLESIAE MO. GVNTINAE ECCLESIASTIS IN GLORIOSISSIMAM DEIPARAM VIRGI. NEM MARIAM PA NEGYRICVS.

ADDITVS EST EIVSDEM FRI. *derici Nauſeæ de pacientia lib. planè pius.*

MOGVNTIAE EX AEDIBVS IOANNIS SCHOEFFER MEN SE MARTIO ANNO. M. D. XXX.

Jac. Bvg. Man. Divy.

REVEREN=
DISSIMO IN CHRISTO PATRI,
Clariſsimo principi, ac D·D·Bernhardo à Glees, Epiſcopo Tridentino, pientiſsimo, ſereniſsimiq; regis Ferdinandi per Hungariam, Boemiamq; Archicancellario &c· longè digniſsimo Fridericus Nauſea Blancicampianus· S·

IAM *nec recens nec illaudatus eſt mos, Ampliſsime Præſul, quod homines uirtute inſignes, qui uel in humanis adhuc uel uita functi ſunt, pro Concione laudari ſoleant, ut etiam Cato grauiſsimus author ille in Originibus ſcriptum reliquerit· Maiores olim natu in epulis ad Tibias de clarorum hominum uirtutibus harumq; laudibus canere ſolitos fuiſſe· non quia uirtus laudatore indigeat, quæ ſibimet eſt merces longè pulcherima, ſed ut ſic illi ſuum uirtuti honorem perinde præmium, & ad illorum uirtutes imitandas iuuentutem alacriorem redderent· haud ſanè neſcij, nil æquè nos ad bene beateq; uiuendum*

pellicere

pellicere atq; glorioſa præclarorũ uirorum præconia, quibus ea nonnullis flamma uirtutis in pectore adcreſcat, quæ prius quàm uirtus eorum famam atq; gloriam adæquarit, ſedari non poßit. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plateis, Thermopilis, Leucris, Stratocle &c. Hinc celebres illæ, quas panegyricos appellant, ꝓ roſtris laudationes, æternitatis conſeruatrices, quibus inter prophanos L. Marcellus M. Marcellum, patrem conſulem, Q. Fab. Max. filium eundemq; Conſularem, Q. Metellus. L. Metellum, C. Cæſar filium & Iuliam amicã ſuam, Auguſtus Neronum alterum, Tyberius Auguſtum, Nero Claudium, C. Caligula Tyberium, C. Plinius Traianum laudauit, Interq; pios in ueteri teſtamento Dauid Saulem & Ionatham, Solomon Enochum, Noeuum, Abrahamũ, Iſaacum, Moſen, Aaronem, & hoc genus, qui ſibi nomen narrãdæ laudis reliquerunt, alios inſigni nimirum titulo cõmedauit, atq; Paulus antiquos ueteris teſt. patres mire celebrauit, illuſtresq; eorũ uirtutes & nomina ſacro quaſi Cathalogo enarrauit. Hinc & ille noſter prodit Panegyricus, quem anno ab hinc proximo in diuam deiparam uirginem MARIAM poſt nõ parum multas in eandẽ Homilias, non quatenus pro illius meritis debui ſed quatenus ꝓ uiribus potui, in hac inclyta eccleſia Moguntina pio quidẽ zelo

pro concione dixi, non utiq;, quod noſtris illa uel alterius indigeat Encomijs, quæ ſic laudem ſuperat omnem, ut non poſsit alicuius reddi præconio maior, uerum, quo ſua inprimis illius uirtus mercede non careat, ut quā nihil æque deceat atq; laus & gloria. Addiderim, quod & illam quaſi in totius orbis ſpecula collocare ſategerim, unde eſſent ſibi uniuerſi non ſecus atq; ex uiua quadam idæa normā uiuendi accepturi, utpote cuius uita unius fuerit omnium diſciplina, in qua quicquid eſt uirtutis & honeſtatis, quicquid diſciplinæ & probitatis, quicquid perfectionis & ſanctitatis, quicqd gloriæ & caſtitatis atq; candoris non aliter atq; in fulgentiſs. quodā ſpeculo reſplendeſcit. Proinde nil penè in hoc noſtro conatus ſum panegyrico aliud, quàm ut (quod in Encomijs ſummū eſt) diuam uirginem MARIAM omni eſſe oratiōe ſuperiorem, eiusq; haberi laudem & uitam omni commendatione excellentiorem paucis oſtenderem. Quis enim obſecro tantam ſuffecerit collaudare uirginem, quantam ne cogitare quidem ullus ſufficit, ut quæ citra fuerit exemplum, nec primā ſimilem uiſa ſit nec habere ſequentem. Nec etiamnum tam ineptus audeo, ut ſuis putem illam laudibus à me ſatis efferri poſſe, cuius ſit magnificentia ſuper cœlos, & eius ſuper omnē terram gloria exaltata. Cuius prærogatiuarū librū & huius ſignacula

cula nemo nec in cœlo nec in terra inuentus eſt dignus aperire & ſoluere. Quamuis enim uiri diuiciarum multi de ciuitate domini uirtutum manus ſuas ad hæc fortia miſerint, earum tamen diuiciarum altitudinem nequaquã comprehẽdere uel tãtillum potuerunt. Conati ſunt, & non datũ eſt ultra, dum adhuc ordirentur ſucciſi ſunt. Etſi dignè nullus, quiſq; tamen pro uiribus. Eapropter ſi illius ipſe meritis & laudibus lõgè inferior appareo, non mihi uicio à quopiam uerſum iri ſperauerim, qui, uelut Albinus quiſpiam, culpam deprecari quàm culpa uacare maluerim. At quando ille pulcrum eſſe in ſecundis tercijſq; cõſiſtere duxerit, ſat mihi fuerit, quod in magnis bene uoluerim, ac interim ſibi iniquitatem mentiri, ac blaſphemas hæreticorum quorundam calumnias per iugulum redire coegerim, qui bis impij neſcio quibus illam nunquã ſatis laudatam uirginẽ lixis uiliſſimis cõparantes contra omne ius & fas, reclamante natura, ratione & ſcriptura, hactenus fronte perfricta eleuare deprimereq; nequiter moliti ſunt. In quos etiam pro illa hoc noſtro Panegyrico ſanctarum ſcripturarũ præſidijs (quẽadmodum operis arguit præfatio) ꝑ uirili conati ſumus. Quos ſanè noſtros conatus & labores ORNATISSIME Antiſtes, tuæ Reuerendiſſimæ amplitudini uel inter cætera, quæ hic conſulto tranſierim,

proinde ſupplicitcr dedico ac deuoueo, qđ illa ſin
gularis tantæ uirginis amatrix ad eos me labores
non parum cohortari nuper uiſa fuerit, quum in
proximis imperij Rho· Comicijs Spiræ, D· Ioan=
nes FABER Conſtantien· uir ille ſine controuer
ſia magnus, idemq́; uerè πολυΐστωρ, ac eam ob
rem à Regijs conſilijs minime poſtremus, me in cō
ſpectum tuum ſolita manſuetudine ſua (cui uel ob
hoc nihil nō debeo) duceret, id quod diu multūq́;
incredibili deſiderio & ex animo optaram, ratus
me fore felicem uereq́; beatum, ſi te coram palāq́;
intuerer, & qua decet pietate propius conuenirē,
ut qui apud omnes gētes & populos, apud omnes
linguas & nationes, apud omnes homines, omnis
ætatis, ſexus ordinisq́; non ut homo in terra na=
tus, ſed ut de cœlo lapſus præconijs incredibilibus
tum olim celebratus, & mire ſemper in audiendis
omnibus aurium patientiæ, miræ in omnes clemē
tiæ, miræ beneficentiæ, & in eos præcipue qui ali
qua ueritate, aliquo doctrinæ & eloquentiæ ſplē=
dore cæteris præſtant, fueris prædicatus· Quod
equidem ita ipſe ſum coram palamq́; expertus, ut
mihi uidear inibi teſtis omni exceptione maior,
quandoquidem ardentiſſimi mei tum uoti factus
ex animo ſim compos· Ipſe etenim, CLEMEN
TISSIME PATER, non paſſus es meum de=
fraudari deſideriū· Dij boni qua facilitate me tre=

pidantem

pidantem, accedere aduenendum inuitaſti? qua fronte excepiſti? qua uoce appellaſti? qua humanitate dexteram porrexiſti? dexteram illam, immortale pignus uirtutis, fidei, ueritatis. Qua deinde grauitate & elegantia, qua pietate & manſuetudine hortabaris, quo pergerem ut cœpiſſem, rem fidei & religionis modo, quo poſſem promoturus, & eo te ſuppecias omnino laturum pollicebaris, futuraſq; meas tibi pro eadē ſacroſancta fide & religione noſtra lucubrationes non ingratas pleno ore adfirmabas? Pro tanta igitur tua in me, & ea nunquā admiranda ſatis beneuolentia, quod in exiguum ſaltem argumentum gratitudinis offeram, proq; mea in illam nunquā ceſſura fide quod oppigner in manu nunc non eſt, niſi hic unus uel quantuluſcunq; Panegyricus, quem poſt unicam illam cœli terræq; reginā tibi tuoq; Reuerendiſſimo & clariſſ. nomini ſupplex conſecro, id unum interim obſecrans, ut animo illū, quo ſoles omnia, benigno ſuſcipias, nec ideo ſusq; deq; habeas, qđ inibi, uel Tulliana illa eloquētia, uel Liuiana ubertas uel Fabiana acrimonia uel qđ hoc gen artis deſideretur, imò cogites in eo nos uerſari negocio, qđ neq; picturatis illius eloquētiæ floſculis, neq; rhetorū epicheirematis aut epiphonemat; opus habeat, nēpe cui patrocinetur ueritas, cui quo ſimplicior hoc eſt efficatior oratio. Sed qđ hæc apud eū

*cauſor? quem non fugit, me barbaris æque atq; la-
tinis, eruditis pariter ac rudib. eſſe debitorem, &
planè quidem in ædificationem & non in deſtru-
ctionem, uelut nunc maxime tam temporum quã
locorum & perſonarũ ratio exigit. Supereſt pro-
inde* PRAESVL *pientiſsime, quicquid hoc eſt
conatuum & laborum meorũ hilari ſuſcipias uul-
tu, tuamq; illi, quæ maxima eſt, authoritatem im-
partias, ut ea munitũ audatius pro ueritate in ad-
uerſarios prodeat. Siquidem tuo illud comproba-
tum iudicio fuerit, & cæteris pariter hoc ipſum
contra quoſcunq; malignitatis aculeos probatum
iri ſatis ſcio. Quis enim niſi maleſanus iudicium
improbarẽt æquiſsimi & dextimi uiri, doctrina
& literis excellentis, ingenio & ſapientia præ-
diti, iuſticia & integritate referti, fide & innocẽ-
tia probati, religione & ſanctimonia pleni, qui
ꝓbitatis defenſor, malignitatis oppugnator per-
petuam ſibi pro nobis cõtra improbos propugna-
tionem ſuſcipere conſueuerit?* Non *autem huius
eſt neq; loci neq; temporis,* AMPLISSIME
*præſul, ut tuas, quæ tuis uirtutibus ut præmia de-
bentur, in perorata iam præfatione noſtra laudes
ſim recẽſurus, quippe quæ huiuſmodi ſint, ut una-
quæq; ſuum tempus, ſuum locum, ſuam orationẽ
deſideret. Si enim clariſsimã & antiquiſſ. illam tu-
am à* GLEES *familiam, & tantæ primordia do-*

mus per

mus per tot ducta uiros antiqua ab origine gẽtis, ſi inclytam nationem, in qua natus, in qua educatus, in qua ad honores & dignitates, à tanto imprimis Imp. nimirum MAXIMILIANO, prouectus es, ſi tuas deniq; eximias uirtutes, quib. merito cum omnib. & eorum, qui maximi habentur, & magnitudine conſilij & liberalitate naturæ & excellentia doctrinæ & ſcientia rerum & religionis obſeruantia, ſapiẽtia animi & uitæ innocentia, fideiq; conſtantia, & omni deniq; laudis genere conferri poſſe uideris, ſi hæc, inquã, & hoc genus alia laude digniſsima cõmemorare uellem, non eſſet mihi oratio claudenda ſed hiſtoria magis inchoanda. Hæc itaq; in præſentia mittens hoc unum inter alia te laudis abſolutæ & uteriſsimi Enconij pignus & teſtimonium longè max. toto terrarum orbe uel apud poſteros habere non dubitauerim, quod placeas regi non modo, quos noſtra uidit ætas, ſed quos ueterum etiam annales referũt cordatiſsimo, & in deligendis, quos diligit, diligentiſsimo, FERDINANDO, inquam, regi illi iuxta inclytiſsimo & Opt. qui te multis admodum modis meritiſsimo non caſu ſed diuino quodam delectu ſuorum ampliſsimorũ regnorum Hungariæ & Boemiæ &c. Archicãcellario non ſecus atq; Aeneas ſuo quondam Achate ſimul digniſsimo & fidiſsimo utitur. Cuius ope=

ra, fide & prudentia olim hæc ipſa regna in priſtinam ſuam gloriam & libertatē dei Opt. Max. *benignitate reſtitutum iri prorſus ſperauerim. Quod faxit idem deus* Opt. Max. *In quo cū omnibus tuis diutiſsime in eorundem regnorum, imò in totius orbis, adeoq́; in* Opt. *regis ſalutem ualeas opto, ac precor, hunc noſtrum* Panegyricon, *ſi quando permaximè ardua negocia, quibus nullo non tempore diſtineris licebit, percurras, quem diuini uerbi præcones ſibi & ſuis (quæ præcipua erit huius operis utilitas) in ſingulos ſermones ſingularum deiparæ uirginis feriarū facile digerent, ubi eius ſeriem & ſenſum rite conſiderauerint, facturi & hoc ipſum in noſtro de eiuſdem uirginis laudibus* HEPTALOGO, *propediem proditturo, quemadmodum non difficile ex rerum & locorum inſigniorū capitibus quæ paulopoſt ſubijcimus, conſiderabunt.* Moguntiæ *Pridie Nonas Marcias.* Anno *poſt Chriſtum natum ſupra milleſimum quingenteſimum triceſimo.*

ARGV-

ARGVMENTA EORVM, QVAE *in ſingulis capitibus in hoc Panegyrico diffuſius aguntur.* CAPVT I.

Hæreticos impiè calumniari piiſſimam eandemq́; glorioſiſſimam deiparam uirginem Mariam, & hanc ab iſtis nequiter eleuari.

CAP. II.

Diuam deiparam uirginem omni laude prorſus eſſe maiorem.

CAP. III.

Diuam & glorioſiſſimam uirginem Mariam uerè ex regia ſtirpe eſſe natam.

CAP. IIII.

Diuæ uirginis Mariæ excellentiam ex eius natiuitatis annunciatione patere.

CAP. V.

Diuam uirginem Mariam citra originale peccatū eſſe conceptam.

CAP. VI.

Diuæ uirginis Mariæ dignitatem ex eius nomine perſpicuam fieri.

CAP. VII.

Nihil debere nec poſſe male ſuſpicari quenpiam de puritate uirginis Mariæ, quanquàm legem purificationis ſeruauerit.

CAP. VIII.
Diuæ uirginis Mariæ execellentiam ex ſtatu uitæ in quo fuit. ſ. uirginitatis (q præcipuus eſt) patere.
CAP. IX.
Diuam uirginem Mariam agnoſci excellentiſſimã ex angelica illa adeoq; dominica legatione.
CAP. X.
Dignitatem diuæ uirginis Mariæ perſpicuam fieri ex mirabili ad eam angeli oratione.
CAP. XI.
Admirandam diuæ uirginis eminentiam ex archãgeli orationis narratione conſtare.
CAP. XII.
Diuam uirginem Mariam longè præclariſſimam & digniſſimam ex eis, quibus à deo benedicta eſt, benedictionibus probari.
CAP. XIII.
Diuæ uirginis Mariæ præconia breui Epilogo patere.

ELENCHVS INSIGNIORVM IN ſubſequenti in diuam uirginem Mariam Panegyrico locorum, iuxta alphabeti ſeriem, & in primis incipientiũ à litera.

A

Annæ partum filiæ Mariæ mirabiliter per angelum fuiſſe annunciatum facie. 22. chartæ 11

Argumentum ab Aethimologia, quando ualeat fo. 29.31

Alexandrum magnũ fuiſſe continentem 60

Antoniam Druſi uxorẽ fuiſſe continentem 60

Angelum eſſe creaturarum longè digniſsimam 67

Angelus quid ſit 67

Angelorum naturam eſſe excellentiſsimam 67

Angelos luci comparari 70

Aue uerbum eſſe ſalutãdi, & quid ſignificet 79

Aue gratia plena epitheton eſſe maximũ 82

B

Baſilium Magnum ueſtuſtiſsimam adducere hiſtoriam, qua approbat perpetuam diuæ uirginis uirginitatem 6

Benignitas quid ſit 113

Bonitas quid ſit 113

Benedicere quid ſit & quàm rarium 89

Benedictam eſſe Mariã ſuper omnes mulieres 91.92

Benedictiſsimum eſſe deum, adeoq; Ieſum Chriſtum eius unigenitũ 96

Brutum Romanum fuiſſe appellatum à Bruto 30

C

Chriſtum fuiſſe & eſſe regem ſimul & ſacerdotem 19
Catonem Romam fuiſſe appellatum Portium & Latronem 30
Chriſti conceptiōem & natiuitatem fuiſſe miraculoſam 42
Chriſtum nō neceſſario oblatū eſſe i templū 49
Chriſtum fide nos ſaluaſſe gratis & adhuc gratis ſaluare 108
Catharinam uirginem mirabiliter fuiſſe ſepultam in monte Sina 125
Ceſſare & deſinere omnes res in mundo 125
Cōcipi omnes homines natura in originali peccato

D

Deum laudari ſi uel deiparam uirginem Mariā uel cæteros ipſius diuos laudamus 40
Dei magnitudinem & magnificentiā eſſe multo maximam 40·65·93
Druſum Germanum fuiſſe continentem 60
Dominus tecum quid ſit dicere 86·87

E

Eſſeniorum gentem ſine uxoribus uixiſſe 62
Euam nobis omnia mala peperiſſe 81
Et, uocula quomodo exponatur 92
Exordium oratiōis quid ſit 78

F

Feſtam diem conceptionis diuæ uirginis Mariæ non ſine ratione agi & celebrari aduentus tempore 28
Fides quid ſit 121

G

Gaudium quid ſit 121
Gloriam filiorum redūdare

dare in parentes 18
Gabrielē dici ac īterpretari fortitudinē dei 73
Gratia plenū quid ſit 82
Gratia quacunq; plenā fuiſſe diuam uirginē 83
Gratia Mariam excelluiſſe omnes ſanctos 84.85

H

Herculis labores fuiſſe duodecim, atq; illum uiciſſe hydram 1
Hercules quare fuerit Alcides dici cœptus, & ediuerſo 31
Hæreticos Hydræ eſſe ſimillimos 3
Hæreticos ſemper quærere ac ſtruere Schiſmata 3
Hæreticos ubiq; cōuinci mendacij contra deiparam uirginem 4
Hermogenem dici, ideſt ex Mercurio genitū 30
Hieronymum legiſſe hiſtoriam de ſtirpe uirginis Mariæ 18
Hydram fuiſſe ſerpentē aquatilem multorū capitum 2
Hydram incidere, eſſe prouerbium 2
Hyppolitum fuiſſe caſtum iuuenem 60
Honorem, quem dei ſanctis deferimus, multum nobis prodeſſe 10
Humilitatem decere magnos homīes, & eos qui cæteris officio & ſtatu præſtant 106
Humilem fuiſſe Mariam 100.101

I

Ioacchim & Annā fuiſſe ſteriles, & factos eſſe dei munere fœcūdos 21
Ieſum dici ac eſſe ſaluatorem 32
Ioannem Baptiſtam fuiſſe magnum, & eius na

tiuitatem fuiſſe miraculoſam 41
Incarnationis Ieſu Chriſti negotium & myſterium fuiſſe multo max. 72
Ioſeph diuam uirginem non cognouiſſe 115
Interceſſores boni uarias eſſe conditiones 144. 145

L

Laudē à parentibus non eſſe filijs propriam & ſolidam 17
Laudatos eſſe diuos aliquot à parentibus 18
Legatiōem ad Mariam angelicam fuiſſe multo maximā 65
Lætanias in Eccleſia eſſe pias 143
Longanimitas qd ſit 120
Luce nihil eſſe nobilius 24. 34
Lucum dici à luce 30
Lucretiam Romanā fuiſſe caſtam 61

M

Mariam ex regia ſtirpe eſſe natam multis ſcripturis & rationibus ſolidiſſ. probari 4. 17. 151
Mariam rectè dici ac eſſe matrem dei 5
Mariam ſemper fuiſſe uirginem, nec alios præter Chriſtum ſaluatorē peperiſſe filios 6
Mariam anima & corpore in cœlo eſſe adſumptam 7. 125. 26
Mariam recte dici arcā 7. 127. 130
Mariam unà cum cæteris ſanctis recte poſſe à nobis uti corám Chriſto patronam implorari 8
Mariam unà cum alijs ſanctis iuſtè honorari 9
Mariam cunctis ſanctis eſſe excellentiorem 10
Mariam eſſe exemplum & ſpecu-

& ſpeculum omniũ uirtutum, unde omnes poſſunt ſe ornare 12·114
Mariam laudare nõ omnibus datũ eſſe 14
Mariam à nullo unquã ſatis fuiſſe laudatam 14
Mariam eſſe cõceptam abſq; omni peccato originali probari ſcripturis & rationibus 24·25·152
Maria nomen eſſe claritatis, ideſt, ſtella 27·23
Mariam nihil habuiſſe obſcuritatis 33
Mariam corpore & anima fuiſſe multo pulcherrimam 34
Mariam ſemper & diligenter ſacras legiſſe ſcripturas 35·113
Mariam dici lucem 37
Maria eſſe nouũ & mirabile nomen 37
Mariã in uirtutibus nos debere ſequi 38·137
Mariam rectè comparari Syderi 44
Mariam non fuiſſe interclusam legi de purificatione 46
Mariam dici ſtellam maris 51·112
Mariam omnibus miſericorditer ſuccurrere 52
Mariam fuiſſe uerã corpore & animo uirginẽ, habuiſſeq; in ſe omnes ueræ uirginitatis conditiones 83
Mariam fuiſſe excellentiſsimam argumẽto eſſe legationem ad ipſam lõgè excellentiſsimã 65·72
Mariam nobis omnia bona peperiſſe 81
Mariam peperiſſe fontem gratiarum 88
Mariam ſanctè uiſitaſſe Eliſabetam cognatã 88
Mariam eſſe inter om-

nes benedictam, & quare & quomodo 96
Mariam aliter eſſe ac cæteros homines benedictam 98
Mariam eſſe ueram Iudith. 98
Mariam habuiſſe benedictiones, & quæ ſint 99
Mariam fuiſſe ac eſſe uerè beatam 102
Mariam noſtri omnium eſſe matrem per fidẽ 108
Mariam pro nobis ceu filijs ſuis libẽter intercedere & ſuccurrere 108
Mariam ſelectiſsimã habuiſſe conuerſationem & uitam prorſus ſanctã 12
Mariam ſoli rectè comparari, & duodecim ſtellas habere in corona capitis 116.117.123
Mariam dici portam Ezechielis 117
Mariam interemiſſe omnes Hæreticos 19
Mariam fuiſſe longanimem 120
Mariam dici thronum Solomonis 128
Mariam rectè dici caſtellum 129
Mariam Opt. elegiſſe partem, quia Marthæ & Magdalenæ 129
Mariam fuiſſe maximè ſolicitam circa Chriſtũ dominum 129
Mariã glorioſiß. fuiſſe in cœlos adſumptam 133
Mariæ in cœlos adſumptionem nobis plurimũ prodeſſe 134
Mariam in cœlos exaltatam admiratos fuiſſe angelos 136
Mariam efficaciter pro nobis intercedere corã filio dilecto 139
Mariam omẽs habuiſſe cõditio

conditiones boni interceſſoris 140
Mariam neminem ad ſe clamantẽ excludere 148
Mariam ſuperare omnẽ laudem, nec poſſe à quopiam ſatis unquàm laudari 149
Mariam cõparari libro in Apocalypſi ſignato ſeptem ſignaculis 150
Mariæ natiuitatem fuiſſe illuſtrißimam 153
Mariam ſuperare in omni uirtutum genere omnes uirgines & coniuges 154
Mariæ exitum fuiſſe glorioſißimum 123
Mariæ uirtutes atq; harum laudes aliquo modo unamquanq; creaturam prænotaſſe 158
Mariam eſſe ciuitatem, de qua dicta ſunt glorioſa 158
Mariæ laudũ præconia oẽs prophetas & patriarchas præcinuiſſe 159
Mariam laudaſſe doctores quoſq; Opt. 162
Mariæ laudes ex Epilogo recenſentur 164
Ad Mariæ laudes author omnes cohortatur 164
Memoriam ſanctorũ nobis plurimũ prodeſſe 11
Memoriam ſanctorũ nos ad bene beateq; uiuendũ prouocare 11
Modeſtia quid ſit 118
Maledictiones mulierũ eſſe uarias propter Euã 105
Mulieres nunc non ut olim ſeruare dies purificationis 49
Maledictũ eſſe, qui Mariæ uirgini maledicit 103

N

Nomen malum non ſemper arguere rem ipſam,

quæ eo appellatur nomine, malam eſſe 30
Nomina plurifariã hominibus imponi 31
Narratio in oratione qd ſit 78

O

Opera noſtra bona dei amore fieri debere 50
Oratio & exclamatio ad diuam uirginem 74
Orationẽ angeli ad Mariã fuiſſe excellentiſ. 77
Orationẽ angeli ad uirginem Mariã eſſe in genere deliberatiuo 78
Orationem unamquãq; ſuis conſtare partib. 78
Orationis partes, quæ & quot ſint 94
Oratoris initium quale ſit ac eſſe debeat

P

Parentes diuæ uirginis ſua bona in tres diduxiſſe partes 19
Parcas dici à parcẽdo 30
Pax quid ſit 121
Pacientia quid ſit 121
Parentum magnitudinẽ aliquando ex filijs apparere 18
Peccatoris laudationem deo diſplicere 13
Prolem illam fore mirabilem, quæ mirabiliter cõcipitur & paritur 23
Purificationis legem & diem ſeruaſſe diuam uirginem, & quare 45
Purificatione Mariã nõ indiguiſſe ſed ea nobis fuiſſe opus 45.47.48

S

Steriles fuiſſe quoſdam ſanctiſsimos homĩes, nec ſine cauſſa 21
Stella quid ſit 33
Sterilitatem probro fuiſſe quondã 106
Salutationem angeli ad Mariã fuiſſe regiam 80

Sanctos

Sanctos unà cũ diua uirgine pro nobis ad deum intercedere. 141
Statum hominis eſſe triplicem 53
Scandala à nobis omnino debere uitari 50
Scipionem Aphricanum fuiſſe continentem 60
Symeonem diu multũq; præoptaſſe diem natiuitatis Ieſu Chriſti 43
Syderis mirabilẽ eſſe naturam 45

T

Theodorũ hæreticũ negaſſe diuã uirginem eſſe uel dici dei genitricẽ 5
Turtures uiduas manere poſt obitũ conſortis caſtas & cõtinentes 51

V

Venerationem ſanctorũ ſcripturis & rationibus probari 9
Venerari deum ſe uelle in ſanctis ſuis, & maxime in deipara uirgie Maria 16
Virginitatẽ præpollere uiduitati & cõiugio 53
Virginitatem uerã corpore & animo conſtare 54
Virginitatem amitti firmo luxuriãdi pposito 55
Virginitatem in ſe multas habere conditiones, ſine quibus ipſa laudari non meretur 56.57
Virginitatem eſſe oĩm uirtutum longè excellẽtiſſ. 59
Virginitatem cõducere ingenio & memoriæ 61
Virgines aureola coronari 62
Vitam diuæ uirginis fuiſſe innocentiſſimã 113
Virtus quid ſit 114
Virtutem eſſe multiplicem 115

Volũtaria obſequia deo placere 51
Voluntatem coactã eſſe aliquando liberam uolũtatem 54
Votum nõ perimere bona opera, utcũq; alioqui ad ea ſimus obligati 54

ELENCHVS EORVM, QVAE *inſigniora ſunt in lib. de pacientia.*

A

Aduerſa uenire propter peccata noſtra 16·33
Aduerſa prodeſſe homini ad ſalutem 33
Aduerſa nobis neceſſario perinde in hoc mundo obuenire 36
Aduerſis neceſſarijs non eſſe reſiſtendum 37
Aduerſa nihil mali poſſe in animam 43
Adamo nocuiſſe impacientiam 38
Anaxarchum fuiſſe pacientißimum 48
Auguſtum Imp. pacientißimum fuiſſe 40

C

Chriſtum pacientißimũ fuiſſe 54
Conſtãs nihil eſſe in hoc mundo 24
Catonem Vticenſem fuiſſe pacientißimum 48
Caymo nocuiſſe impacientiam 38
Caußã uniuſcuiusq; rei eſſe inſpiciendam 15
Caußam opus facere bonum uel malum 15
Charitatem omnia ſufferre 19
Ciceronem fuiſſe paciẽtißimum 47
Cornelium Syllam fuiſſe paci-

ſe paci-

ſe pacientiſsimum 47
D
Dauidi regi profuiſſe ad uerſa 44.50
Dauidem fuiſſe inſignis pacientiæ 8.10
Deum fortius cõtra nos iraſci ſi aduerſitatib' nõ emendamur 34
Deum omnibus ſapiẽter prouidere 43
Deum ſolum omniá dare bona & maximè penitentibus 62
Demoſthenem fuiſſe pacientiſsimum 47
Dionyſium iuniorẽ pacientiſs. fuiſſe 13
E
Ethnicos fuiſſe abſque uero fructu pacientiſsimos 9.12.13.47
Eſaiam fuiſſe pacientiſsimum 18
Eſau nocuiſſe impacientiam 38
Ezechiam fuiſſe pacientem 50
Eleazerũ pacientiſsimũ fuiſſe 60
F
Finẽ in omnibus eſſe reſpiciendum 22
Filium prodigũ fuiſſe aduerſis emendatum 42
H
Hypocriſim eſſe damnabilem 15
Hæreticos nõ habere ueram pacientiam 16
Hæreticis impaciẽtiam ualde nocuiſſe & nocere 38
Hieremiam prophetam fuiſſe pacientiſsimũ 18
I
Ieſum Chriſtũ fuiſſe ipſã quaſi patientiam, unde omnes debent pacientiæ exemplum ſumere 54
Ioſeph innocenter fuiſſe à fratribus uẽditum ſed inſignem pacientia 8
9

Iob fuiſſe pacientiſsimum. 8.50
Intentionem eſſe ponderandam, iuxta quã operaſunt bona uel mala 15
Iudæos fuiſſe impacientiſsimos 33.38
Impacientiam uitiũ eſſe peſsimum 38
Impacientiam multis et maximis quidẽ uiris nocuiſſe. 38
Iniurias eſſe pacienter ferendas 39
Ioſaphat pacientiſsimus ad deum in aduerſitatibus cõfugiſſe 65

L

Laurentium leuitam fuiſſe pacientiſsimũ 18

M

Martyres Chriſtianos uere fuiſſe paciẽtes 16.19
Manaſſen fuiſſe reb⁹ aduerſis emendatum 41
Moſi exilium profuiſſe ad exaltationem 44
Mercedẽ nobis fore copioſiſs. ꝓ noſtris hic miſerijs 46
Mutium Scæuolam fuiſſe pacientiſsimũ 48
Moſen fuiſſe pacientiſsimum 50
Mortem crucis & in ligno fuiſſe olim ignominioſiſsimam 59

N

Nabuchodonoſorem rebus aduerſis emẽdatum fuiſſe 41
Nullam aduerſitatẽ eſſe perpetuam 45

O

Opera moraliter bona non eſſe peccata 1
Opera bona Centurionis adhuc gentilis deo non diſplicuiſſe 10
Opa moraliter bona ꝓfuiſſe Nabuchodonozori 10

P

Pacientiã oĩbus eſſe ne=

ceſſariam ad uitam æter nam conſequendā 5·33
Pacientia quid ſit 7
Pacientiam eſſe duplicem, fructuoſam & infructuoſam 12·17
Pacientia opus eſſe ei, q ad maiora conatur 12
Pueros tres Hebræos fuiſſe pacientiſſ. 19
Pacientiam quatuor habere cōditiones 20
Pacientiæ uarias eſſe utilitates 25·31
Pacientia fieri leuia etiam difficillima 28
Pacientiā quibuſdam medijs haberi poſſe 30
Paciētiam uirtutem eſſe aſperrimam 32
Pacientiā doceri à ſcriptura 32
Pacientia poſſideri uitā æternam 32
Paciētem in hac uita in malis ſuis, nihil habere ſupplicij timere in futuro ſeculo 35
Pacientiā Chriſti & ſuorum nobis omnibus eſſe imitandam 55
Paulum fuiſſe pacientiſſimum 50
Pace nihil eſſe pulchrius nec melius 2·7
Peccatum quid ſit 7
S
Solomonem fuiſſe propter proſpera deterioratum 43
Spe meliorationis nos omnes uehi 45
Sertorium fuiſſe pacientiſſimum 47
T
Tempus noſtrum hic omnino eſſe breue 45
Tobiam uere pacientiſſimum fuiſſe 21
Triſticiam eſſe malam & pacientiæ contrariam 7
Tribulatiōibus neminē in hoc ſeculo carere 24

V

Vitam hominis, utcũq; breuem eſſe multis miſerijs atq; ſemper plenã & perinde militiam 24

Z

Zabulo prorſus nocuiſſe impacientiam 38

Hec ſunt, lector, quæ obiter, occupatiſſimus alioqui, ex libello de pacientia quaſi inſigniora collegi, in quo & ſequentia erratula per incuriam Calcographorum, ut uidere eſt, commiſſa inueni, quæ huc adijcienda putaui in hunc modum. In facie. 9. impreſſum eſt, uel deum, lege non deũ. fo. 11. gratiam, lege gratiam. fo. 15. Qui eos. lege qui eam. fo. 26. Apoſtolus. lege Quod Apoſtolus. fo. 27. facientes. lege faciens. fo. 33. datum ſibi. lege datum ſibi ait. fo. 40. uolumus. lege uolumus. fo. 41. illuminat. lege illuminant. fo. 43. igitus. lege igitur. fo. 49. pacientia. lege pacientes. fo. 52. omnium. lege omni. Si qua ſunt alia, amice lector, uel in Panegyrico facile ipſe emendabis.

Finis Indicis.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIAni, Eccleſiaſtis Moguntini, in Diuam deiparam uirginem Mariam Panegyricus.

Hæreticos impie calumniari pijſſ. deiparam uirginem Mariam, & hanc ab iſtis nequiter eleuari. Caput. I.

Quod Herculi quondam inclyto heroi in interficienda hydra accidit, idipſum mihi hiſce temporibus, chariſſimi fratres in uindicandis hæreticorum in Diuam illam ac uere glorioſam deiparam uirginem Mariam iniurijs accidere uideo, & quidem nõ ſine magno animi mei dolore. Celebrantur atq; etiam enumerantur à poëtis Herculani labores, utpote duodecim iuxta Maronem, quorum omnium longè difficillimus ac maximus Hydra Lernea, malum pertinax ac propemodum, inexpugnabile illi, qui iam omnia deuicerat, tamq; crudele & pernicioſum monſtrum, ut uel ideo Vergilius ei locum confinxerit Ver. lib. 6.

Ver. in lab. Herculis. Horat. lib. 2. Epiſto.

eſſe in foribus & ueſtibulo inferorum. Sane tradunt Poëtæ hydram fuiſſe ſerpentem aquatilem, in Lerna Argiuorum palude uerſari ſolitum, indeq́ue in homines uirus ſuum lætiferum ſine intermiſſione euomuiſſe, quem (quum nemo poſſet eum interficere) Hercules uir fortiſſimus idemq́; prudẽtiſſimus, quũ totam regionẽ deuaſtaret, primò claua percuſſit, ſed quũ amputato uno capite (habebat enim multa capita) plura renaſcerentur, cõgeſta lignorum ſtrue, in cauernis abditum igni exuſsit atq; deleuit. Vnde natum eſſe prouerbium perhibent, hydram incidere, eoq́; ſignificari, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in eius locum alia plura recipias, id quod Herculi in hydra ipſa interficienda accidit, & mihi pariter in uindicandis (ut dixi) hæreticorum in glorioſam deiparam uirginem Mariã iniurijs accidere ſolet. Et profectò rectè quis hydræ compararuerit quemlibet hæreticum, & maxime eum, qui in Diuam illam & nunquàm ſatis benedictam uirginem Mariam iniurius eſt, ut qui proculdubio ſerpens ſit iſte inter omnia animantia, iuxta ſcripturam, & beſtias terræ maledictus, inter quem & mulierem . ſ. Mariam inimicitiæ ſunt poſitæ, qui et ideo ob meram illam & uere maledictam inuidiam ſemper

Gene. 3.

inſidie-

inſidietur calcaneo eius mulieris, quum non poſſit in partes ipſius ſuperiores, nimirum ſub pedibus mulieris eius planè depreſſus, cuius etſi mulier ipſa per ſuos præcones caput .ſ. uirus unius hæreſeos conterat, mox plura alia hæreſeon capita renaſcuntur. nec mirum, quando hæc ſit unius cuiusq; hæretici natura, ut ſectas & partes inſtruens, nunquàm in unitate fidei maneat, nec uictus quieſcat, ſed in peius ſemper proficiat, errans, & alios in errorem ducens, quem ideo uitandum poſt unam & alteram monitionem, Apoſtolus ſuadet, inquiens. Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, quum ſit proprio iudicio comdemnatus. Id quod ipſi ſanè hactenus haud obſcure ſumus experti, et in ipſis hæreticis perimendis omnino hydram inuenimus, præſertim in eis, qui ſola iniquitate contra omnem & dei & proximi charitatem ducti diuæ deiparæ uirgini tot impias impingunt iniurias, quarũ etſi nõnullas, deo duce, per inconuincibiles ſcripturas amputauerimus, alias tamen illico in ipſam adeo laudatã uirginem congeri ab iſtis uidemus, & ita quidem, ut idem mihi contra huiuſmodi ſit hæreticos bellum, quod cum Lernea hydra Herculi. In

Apoc. 12
2. Timo. 3.
Tit. 3.

confeſſo nimirum eſt, quam iſti nequiter heretici
Math.1.2. eidē laudatiſsimæ uirgini iniuriati fuerint, obgan
Lucæ.3. nientes. PRIMO eſſe eam neſcio quam lixam
& lotricem, & nullo ſanguine natam regio. ſed
per nos, deo ſolo auſpice, inter alia obmutuere p
ſcripturam. Iacob autem genuit Ioſeph uirum Ma
Num.36. riæ. Si Mariæ uir fuit Ioſippus, & hic ex regia
ſtirpe fuiſſe conuincitur, reuera, & de regia ſtirpe
Mariam fuiſſe prognatam fatebimur, quoniā ex
lege mulier non niſi uiro ex ſua tribu nubere pote
rat. Præterea, quū Chriſtus teſtimonio ſcriptura
Pſal.131. rum ſecundū carnem natus ſit de regia ſtirpe Da=
Lucæ.1. uidis, certe talis naſci haud potuit niſi medio quo
Mathe.22. dam. ſ. Mariæ uirginis, nō etiam Ioſippi, quum ſi
Lucæ.20. ne uirili ſemine idem conceptus fuerit, ſed coope=
ratore ſpirituſancto, angelo teſtante, quum ait.
Mathe.1. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam
coniugem tuam. quod enim in ea natū eſt de ſpiri
tuſancto eſt. Siquidem quū, ait Euangeliſta, eſſet
deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, antequā con
uenirent, inuēta eſt in utero habens de ſpirituſan
cto. Quum igitur Chriſtus ſolius ſit ſecundum na
turam & carnem Mariæ nō Ioſeph filius, idemq;
ſit ex regia ſtirpe genitus, dubitari nequit, quin
talis ſit propter Mariam uirginem, quæ, ut uere
canit

canit eccleſia, ex regali orta eſt ꝓgenie, de tribu Eſaie. 11.
Iuda, clara ex ſtirpe Dauid, eadēq; Abrahæ filia,
quãdoquidem ſtirps Ieſſe uirgam produxerit, uirgaq; florem. uirga eſt Maria, flos eius eſt filius.
SECVNDO hæretici negarunt illam uirginem laudatiſsimam eſſe diciúe θεοτόκον, id eſt, deiparam. ſed & ijdem obmutuere, nimirum coacti inter alia per hanc ſcripturæ rationem. Siquidem Chriſtus ſit uerbũ illud dei patris in æternum manens, idemq; uerbum in utero Diuæ uirginis caro factum, ſubſequens eſt, ut nobis uere deum & hominem genuerit, ſitq; ipſa Chriſti, id eſt, ueri dei & hominis mater et uirgo, quemadmodum in tertio uniuerſali apud Epheſum concilio ſub Cœleſtino primo, Max. Pont. & Theodoſio iuniore Rhoma. imp. An. poſt Chriſtum natũ. CCCCXXIIII. Catholica eccleſia primum definiuit, deindeq; denuo temporibus Vigilij Max. Pont. unanimi contra Theodorum hæreticum conſenſu corroborauit & approbauit, tum cenſens, ut deinceps Diua uirgo Maria θεοτόκοϲ, id eſt, dei mater ab omnibus appellaretur, qua nimirũ appellatiõe nihil in Mariam quis poſſet aut dignius aut excellẽtius conferri, inde illi omnis, quæ excogitari poteſt, dignitas ſubnaſcitur, ut ſuo loco dicemus. TER-

Pſal. 118.
Ioan. 1.

TIO *deblaterarunt hæretici, eãdem benedictam uirginem non manſiſſe poſt Ieſum genitum, uirginem perpetuam, ſed alios ex corruptione uirginei pudoris peperiſſe filios· ſed & ijdem obmutuere, conuicti inter alia per uerbum fide dignũ Mariæ, dicentis, Quomõ fiet iſtud, quia uirum nõ cogno*

Lucæ·1· *ſco· Vnde liquet haud aliter atq; ex ſacroſancto uoto Diuam uirginem nullo tempore uirum aliquem cognouiſſe, quod nec decuit iuxta prophe-*

Ezech·44· *tam, diu antea prædicentem· Porta hæc clauſa erit, & non apperietur, et uir non tranſiet per eã quum dominus deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa principi, qui per uiam portæ ueſtibuli ingredietur, & per uiam eius egredietur· Ad-de quod ad ipſius perpetuam uirginitatem adſcerendam Magnus ille Baſilius adducit quandã Zachariæ hiſtoriam, quam adſe perueniſſe adfirmat, in qua traditum ſit, Zachariam quidẽ Mariam poſt domini conceptionem in uirginum loco conſtituentem à Iudæis inter templum et altare interfectũ eſſe· A populo namq; fuiſſe accuſatum, quod rem inauditam prodigioſamq; prædicaret, uirginem uidelicet parientem citra uirginitatis corruptionem·* QVARTO *negarunt iſti, eandem deiparam uirginem corpore fuiſſe ſimul & anima in*

cœlum

cœlum adſumptam· ſed & ijdem obmutuere, con uicti inter alia per hoc prophetæ oraculum· Surge domine in requiem tuam, tu & arca ſanctifica tionis tuæ· Arca utiq; domini, fuit uirgineum Mariæ corpus, in quo mãna Ieſus Chriſtus ad nouem menſes latuit, quod à morte iubetur reſurgere ad requiem æternæ felicitatis· Et merito in cœlum & caro uirginis fuit adſumpta, quum non meruerit putreſcere, ex qua Chriſtus ſuam carnem ſumpſit, quæ & ipſa non debuit in terra corrumpi iuxta ſcripturã dicentem· propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe· Quoniã nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem· Id quod æque cum filio ſuo unigenito dicere Maria potuit, paulopoſt moritura, ſiquidem una & eadem ſit matris atq; filij caro, quæ uel proinde utraq; eundem poſt mortem in cœlo habet locum· Neq; enim fas eſt Mariam iuxta corpus quoq; eſſe alibi quàm ubi, id eſt qđ ex ea ſumptum eſt·ſ· Ieſus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt in cœlo, qui haud dubiè ſuam matrem ſecundum carnem eò collocauit, quò ipſum, quod ex ea ſumpſit, id eſt, corpus ſuum, collocauit·

Pſal·131· Ioan·6· Pſal·15· Act·2· Marc·ult Act·1·

QVINTO· hallucinati ſunt hæretici in eãdem

uirginem, negantes ipſam non poſſe à nobis piè, p ſuffragio apud Ieſum Criſtum implorari, ueluti interceſſorem. ſed iijdem rurſus obmutuere conuicti inter alia per hanc ſcripturæ rationem. Quum *una ſit ac eadem eccleſia fidelium, qui adhuc uiuunt, & qui emigrantes ad cœlum euolarunt, inter quos ſit & uirgo Maria, & quia modo conſtet ex charitate, quæ nunquàm nec uſquã. ſ. nec in cœlo nec terra excidit, ubiq; nos debere mutuo, alterum pro altero, orare, profectò & ipſam glorioſam uirginem rectè implorabimus, ut filium ſuum dominũ noſtrũ pro nobis ſit exoratura. Siquidem cum deo regnantes, membra ſunt corporis Chriſti & perfectiore quidem ratione quàm prius fuerant, nam capiti Chriſto inſeparabiliter coniuncti, nunquàm ab eius corpore poterunt diuelli. De bent autem unius corporis mẽbra pro ſe inuicem eſſe ſolicita, potiſſimum ſana pro infirmis, & ſolida pro inualidis, cuiuſmodi nos adhuc ſumus in hac ualle calamitatis. Rectè itaq; ipſos qui iam in cœlo ſunt domeſtici dei, in omni erga deũ & nos charitate cõſumati, inuocamus, ut tempore opor tuno, ut propheta ait, quod, ipſe rectius norunt, pro nobis ſuis conmembris & fratribus orent, ut eandem q̃ ipſi, gratiã mereri poſſimus.* SEXTO

1. Cor. 13. Iacob. 5. 1. Cor. 13. Pſal. 9.

obgarriunt

obgarriunt hæretici, Diuam uirginem nō poſſe à nobis honorari· ſed & ijdem obmutuere, conuicti inter alia perquàm plurima per ſcripturā, dicentem· Laudemus uiros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, qui in generatiōibus gentis ſuæ gloriā adepti ſunt, & qui de illis nàti ſunt reliquerūt nomen narrandæ laudis eorum, quorū corpora in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum uiuet in generatione & generationem· Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciat eccleſia· hinc illico inibi ſcriptura ſigillatim ſumma cum ueneratione cuiusq; antiquorum patrū Enoch, Noæ, Abrahæ, *Iſaac, Moſi, Aaronis Ioſue, & cæterorum præclaros enarrat titulos et acta magnificat, & idem* Paulus *gentium max· doctor in Epiſtola ad* Hebræos, *antiquos uet· teſt· patres claro celebrauit* Encomio, *illuſtresq; eorum uirtutes & nomina, cathalogo quodam ſacro recenſuit·* Si *idipſum ſcriptura & ex ſcriptura tantus Apoſtolus? quid nos non faceremus in uenerandis illis ſanctiſſ· hominibus, qui dominū uirtutū & regem gloriæ, iam in terris uiſum & cum hominibus conuerſatum, & uerbo, & opere ſecuti, neutiquàm ab eius declinarunt ueſtigijs, ſed ſignis & uirtutibus longè ſplendidioribus quàm priſci*

Eccle·44·

Hebræ·11·

patres, coruſcarunt, maxime Diua uirgo, quæ uirtutũ decore, uitæq́; ſanctimonia nec ſimilẽ ſui habuit, nec unquàm habitura parem, quæ et ideo magnopere à nobis eſt honoranda inter infinitas penè rationes, quas aliàs recenſentes hic ſilemus. PRIMO ex debito uirtutis, cui, natura ſuadente, & ratione conſentiente, honor debetur, & debet hoc eſſe uirgo Maria honoratior, quo uirtute fuit
Eccle. 44. *excellẽtior, inde ſcriptura uult ut uiros glorioſos, id eſt, uirtuoſos laudemus. SECVNDO, quod eius honorificentia nobis conferat ad imitationis ſtudium, quo ardenter accendimur, quum eius uirtutes in die ſolennitatis eius, noſtræ mentis oculis obijciuntur. Sunt enim egregia ſanctorum opera, tanquàm ſacræ quædam faces, nos ad emulationẽ ſequendosq́; mores eorum, ſuo feruore ſuccendentes. Et ità nimirum ſolennitates martyrum (ut & nuper diximus) exhortatiõs ſunt martyriorum, ut imitari non pigeat quos celebrare delectet. Ita nimirum ut quorum attendentes conuerſationem æmulemur fidem, bonitatem, ſpem, uitam, tolerãtiam, paßionem, & ſuſtinentiam uſq; ad mortem, ut & corona gloriæ cum ipſis participemus, quandoquidem ſanctorum fortia facta præparent nos ad fortitudinem & zelum, & imitationem*
uirtutis

uirtutis illorum & gloriam dei. ET PROFECTO nulla re nobis fragilibus creaturis, ad æternam beatitudinem creatis, magis opus eſt, quam frequenti diuorum commemoratione, ut eorum uirtutes animaduertentes minimé ſinamus nobis ſuis uicijs & ſceleribus abblandiri dæmonem, mundum & carnem, qui continuo ſunt hoſtes, nos ad uiam perditionis, quæ uoluptuoſa eſt & ampla prouocantes, contra quos ſemper debemus ex animo attendere ea, quæ tam forti et uirtuoſo animo pij homines, ut cũ Chriſto eſſent, æternamq; haberent uitam, pertulere, memores neminem ingreſſurum beatitudinis locum, niſi uirtutibus ac pijs laboribus et anguſtijs, Apoſtolis alibi dicẽtibus. quoniam per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnum dei. Siquidem, ut Paulus ait, omnes qui uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur. Id quod planè experimur in omnibus ſanctis hominibus, eorum mores & uitas commemorantes, quorum ubi memores ſumus, fit ut maior noſtra & firmior ſit in Chriſtum fides, quæ alioquin fieret frigidior, niſi conſtaret tot ipſum milites cõſtanter ſubſequutos fuiſſe in omni uirtute, qui gauiſi ſunt eius nomine contumeliam pati, memores & ipſum non aliter potuiſſe quàm per paſſi

Math. 7.
Act. 14.
2. Timo. 3.

Act. 5. onē cœli gloriam ingredi, ali[illegible]proinde dicētem.
Lucæ. 14. Si quis uult uenire poſt me, a
& tollat crucem ſuam & ſeq
Mat. 10. 16. etſi omnes dei ſancti pro uiril
& ideo uirtutes & facta rec
men ſequuta eſt diua uirgo, q
Ieſu conſtans fuit à principi
ita eius nomine perpeſſa eſt, t
Lucæ. 2. mam ipſius tranſiuit. QV
rea inter omnes maximè eſt u
los noſtros omni tempore col
uirtutibus ſequemur pro adip
gloria, quippe, qđ ea ſit (ut
Ruth. 4. exemplum uirtutis in Effrata
nomen in Betlehem. Cæterum
modi hydris tot hæreſeon cap
tamen modo ſuccreſcit, quo
lari conantur, utpote, quòd
uirginem plus æquo & quide
tulerim, ut à me quaſi deā fiat
mi fratres, quod non tam imp
no me hac in re immunem ſci
diuinæ maieſtatis honorādæ,
fieri ſolet & ueritatis defenſ[illegible]
nos omnes creſcendæ & augendæ gratia, ut dein-

ceps pro

teps pro uirili mea paulo diffuſius de laudatiſsimæ huius uirginis laudum præconijs ſim dicturus, ut uniuerſi re ipſa intelligant quã ſit Maria uirgo oĩ laude & ueneratione digna, & quàm ſit cunctis creaturis in cœlo & terra ſuperior, & quàm merito illam deus à nobis uelit laudari, & quàm nobis conducat pia ipſius ueneratio. Nec dubitauerim, quin & hoc ipſum hydris caput ſim amputaturus, & deniq; eaſdẽ omnino enecaturus uirtute eius uirginis, quæ uel ſola omnes hæreſes hactenus perimit, nimirum quæ ſit illa regina potens & beata, quæ procedit. ſ. contra hoſtes ſuos terribilis ut caſtrorum acies ordinata, quæ dignetur ſe à me in laudem ſui unigeniti filij domini noſtri iugiter laudari. Cantico. 6.

VIRGINEM MARIAM OMNI LAVDE ESSE MAIOREM CAPVT. II.

TAMETSI, fratres chariſsimi diuæ & glorioſiſsimæ uirginis Mariæ præconijs noſtra pene omnia ſcripta, quæ uel ædita leguntur, uel quæ intra pari

etes adhuc deliteſcunt, referta ſint, quod ipſam dū uiximus ab infantia & admirari & in honore ſummo habere nunquàm deſtiterimus, nec unquā
Math. 24. *deſtituri, hoc tamen tempore, in quo omnis con-*
Marc. 13. *tra deum & homines pios abundat iniquitas, illi-us ut laudes paulò ſolutius enarremus, cauſæ, quas ſuperiori loco recenſuimus, planè cogunt, quibus etiamnum fit, quo ſimus ad caſdem laudes obeun-das fortiores ijdemq; animoſiores in prouintia tā prorſus difficili & periculoſa ei, qui ſe peccato-*
Eccle. 15 *rem cognoſcit, ac cum confuſione ſui fatetur, à cu ius ore laus haud eſſe ſolet ſpecioſa.* ADDO *quod & alioqui res ſit ardua mihi, & meis non ſolum ui ribus impar in genere dicēdi demonſtratiuo diuer ſari, id quod eis quoq; difficile etiam incūbat, qui nihil aliud agunt, totumq; huic arti tempus ac ſtu dium tradunt, & inde laudem ſibi uendicare con-tendunt. Illi nimirum ſi ad ſummum ſeſe in dicen do experiri uoluerint ex omnibus omnino materi is unam hanc ut potiorem, quemadmodum nobi-les pictores ex omnibus exemplaribus unum cæte ris præſtantius ad effingendam, ſibi potiſsimum deligunt. Ego uero ſi hac uti facultate ullo unquā tempore debuerim, neſciam ſanè ubi melius aut re ligioſius, aut oportunius quàm in huius tantæ ·ſ· uirginis*

uirginis laudibus uires meas omnis intendam· Siquidem tanta ſit deiparæ uirginis amplitudo, ut ſi quis eam uelit, ut deberet, explicare, nullum neq; finem, neq; principiũ, neq; finem laudandi ſit inuenturus· AD CVIVS*quidẽ celſitudinem multi uiri diuitiarum uariæ & ſpectatæ eruditionis, de ciuitate domini uirtutum manus ſuas, & ad hæc fortia miſerunt, & eius tamen in omni uirtutum genere altitudinem ad liquidum comprehendere non potuère, quia inueſtigabiles uiæ iſtæ, & inſcrutabilia uniuerſa· Conati ſunt, & non datum eſt ultra, dum adhuc ordirentur, ſuccisi ſunt·* Et *ſi tamen dignè nullus, quiſq; tamen pro uiribus eſt conatus, quorum ſanè uirgo tanta, ut eſt clemens et pia, uoluntatem promptam pro facultate ſuſcepit·* Inde *mihi fiducia, inde audacia, ut & poſt illos in tantæ uirginis præconia meas quoq; operas collocare non dubitẽ, utcunq;, non neſcius, me non adſequuturum mea dictione quod opto, utpote quod nec merito ſperare poßim, quãdo eius uirginis laus ac uita plane ſit omni commendatione ſuperior·* Id *quod ubi (in quo non diffido) teſtatũ fecero, idemq; palàm probauero, ſat mihi, licet nõ ei, quam laudaturus aggredior, erit·* QVANdoquidem *uirtus* Encomij *illa ſit, quemadmodum* Eſaiæ·38·

ea,quæ laudātur, omni ſint oratione ſuperiora oſtendere. Nec enim hac in re meam quæro laudē *ſed eius.ſ.dei* Op.Max.*unde & cui omnis eſt laus & gloria,quam & ille ſolam à nobis,ut ſuis creaturis,ſerio expoſcit, laudabilis in omnibus operibus ſuis & creatis, & maxime in ſanctis ſuis, in quibus & inprimis uult laudari, quoniam,eius in ſanctis diuinæ poteſtatis miraculorū per eos operatione, eius ſapientiæ in doctrinæ ipſorum claritudine, eius bonitatis in uitæ illorum ſanctitate, gloria declaratur & prædicatur.* Proinde *ad ſui nominis laudem & gloriam amplificandam inprimis inter omnes ſanctos glorioſiſſimā illam ſuam genitricem* Mariam *à nobis honorari depoſcit, quæ oī eſt laude multo dignior,quā etſi æque omnes laudabimus, eius attamē meritis inferiores cūcti apparebimus,ueluti qui ſolem adſpiciunt, quā quàm alter altero plus minimusúe omnes tamen uidendo deficiunt, ut cuius radius omnem uiſum percellat & ſuperet, adeo, ut de ea non immerito hæc ſcripturæ uerba paululum tranſlata dici poſ-*

Eccle.43 *ſint.Glorificantes dominam,quantocunq; potueritis ſuperualebit adhuc, benedicentes dominam, exaltate illam quantum poteſtis, maior eſt enim omni laude.*Q*uur enim illa ſcripturæ uerba minus*

in illam

in illam uerè laudatam uirginem quiſpiam transferat, quum ea ſit, iuxta ſcripturam, quæ diuitijs uirtutum cũctas mulieres ſupergreſſa eſt, utpote inter & ſuper omnes mulieres multifariam benedicta, ueluti poſthac, prout ſpiritus domini ſuggeſſerit, teſtatum facere conabor. Prouer.31. Lucæ.1.

VIRGINEM DEIPARAM MARIAM EX REGIA STIRPE NATAM ESSE. CAPVT III.

AGITE *iam aggrediamur præclara uirtutũ inſignia, quæ deus maieſtatis in matre ſua glorioſa glorificatiõe ſuper omnes ſignauit. Sic enĩ ab ortu uitæ ſuæ uſq; ad occaſum cõuerſata eſt in terris, ut forma uitæ, morũ informatio haberi cepta ſit.* De *ipſius autẽ inclyta proſapia etſi fortaßis aliqui nõ operæpretium eſſe ut dicam putent, ut quæ ſuis ſe uirtutibus abunde nobilitarit, haud alienæ nobilitatis, quæ à progenitoribus trahitur, indiga, quia uero in genere dicendi demõſtratiuo in præſentia diuerſor, cuius eſſe adfirmant rhetores, ut eorum, quos laudandos ſuſcipimus, generis originẽ recenſeamus, uiſum eſt non abs re fore, ſi & de ſtirpe uirginis*

Mariæ nonnulla dixero, tum quod inde proli laus ſuccreſcat, quod in uirtutibus nihil à parentibus, ſiqui nobiles extitere, degenerarit. Gloria enī eſt filiorum, qui parentes ſuos adeò ſequantur, ut eos uel æquent uel ſuperent, qualis fuit diua uirgo Maria, tum quia (ut in Tobia nuper diſputauimus) non ſolum mores in ijs, qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oporteat laudari, ut ueluti tranſmiſſa, immaculatæ puritatis hæreditas in ijs, quos uolumus laudare, præcellat. Sic à parentibus Samuel, ſic Ioannes Bapt. ab eiſdē per ſcripturam commendatur. Sic etiamnum recte uirginis Mariæ parentelā efferimus, quā facile, uti ex fructu arborem, agnoſcemus, ubi filiam conſiderauerimus. Fieri enim nequit quin generoſa ſit arbor, cuius eſt fructus generoſiſsimus. Ita nimirum quales huius uirginis fuerint parētes ex ipſa filia, quæ imago eorum eſt, facile percipimus, ijq́; hinc uel maxime commendatiōe perpetua digni, quod tam inſignem dederint filiam, quæ nec habuit parem, nec parem habitura unquam. TRADIT igitur ueridica hiſtoria, quam & ſe uidiſſe & legiſſe & tranſcripſiſſe diuus Hieronymus adfirmat, parentes uirgini Mariæ fuiſſe Ioachimum de Nazareth, & Annam matrem ex Sephor oppido, tam ſtirpe quā uitæ ſanctitate nobiliſsimos, utpote ex

Tobiæ.1.

1.Reg.1.

Matth.7.

te ex regibus, ducibus atq; ſacerdotibus ſuam deriuantes originem, id quod uel ex eo patet, quoniã ipſam deinde filiam Mariam matrimonio Ioſeph collocarint, quem ex ſacerdotũ, ducum & regum linea recenſent Matthæus & Lucas, argumento Matth. 1. & ipſam uirginem Mariam ex eadem fuiſſe proſapia natam. ſ. ſacerdotali & regia, nec aliunde Lucæ. 4. quoq; parentes ipſos Ioachim & Annam. Et recte nimirum ipſa diua uirgo Maria, quæ Chriſti Ieſu, dei opt. futura erat mater ſecũdum carnem, ex regali genere, & ex ſacerdotali origine nata perhibetur, de qua tandem dei filius, qui rex & ſacerdos idem eſt æternus ſecundum ordinem Melchiſedech, ſecundum carnem naſciturus erat, uti in noſtris Centurijs abunde diſſeruimus, ubi & Ioachim & Annam merito probauimus tam præclaræ Hebræ. 7. uirginis fuiſſe parentes, quũ ſic illi ſanctitate mira fulſerint, ut à parẽtibus prophetæ Samuelis & 1. Reg. 1. Ioannis Baptiſtæ omnino nihil alieni fuerint, ambo iuſti ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificatiõibus domini ſine querela, oẽmq; ſuam ſubſtantiã tres in partes diſtribuẽtes, ut quarum partem unam templo & templi miniſtris, alteram peregrinis & pauperibus, tertiã ſibi & familiæ impenderint, cõtenti, iuxta Apoſtoli doctri 1. Timo. 6. nam, eis, quibus natura poterant ali & tegi, ſciẽ-

uirginem, negantes ipſam non poſſe à nobis piè, p ſuffragio apud Ieſum Criſtum implorari, ueluti in terceſſorem. ſed iidem rurſus obmutuere conuicti inter alia per hanc ſcripturæ rationem. Quum una ſit ac eadem eccleſia fidelium, qui adhuc ui-
uunt, & qui emigrantes ad cœlum euolarunt, in-
1. Cor. 13. ter quos ſit & uirgo Maria, & quia modo con-
ſtet ex charitate, quæ nunquàm nec uſquã. ſ. nec in
Iacob. 5. cœlo nec terra excidit, ubiq; nos debere mutuo, al terum pro altero, orare, profectò & ipſam glorioſam uirginem rectè implorabimus, ut filium ſuum dominũ noſtrũ pro nobis ſit exoratura. Siquidem cum deo regnantes, membra ſunt corporis Chriſti & perfectiore quidem ratione quàm prius fuerant, nam capiti Chriſto inſeparabiliter coniuncti, nunquàm ab eius corpore poterunt diuelli. De
bent autem unius corporis mẽbra pro ſe inuicem
1. Cor. 13. eſſe ſolicita, potißimum ſana pro infirmis, & ſolida pro inualidis, cuiuſmodi nos adhuc ſumus in hac ualle calamitatis. Rectè itaq; ipſos qui iam in cœlo ſunt domeſtici dei, in omni erga deũ & nos charitate cõſumati, inuocamus, ut tempore oppor
Pſal. 9. tuno, ut propheta ait, quod, ipſe rectius norunt, pro nobis ſuis conmembris & fratribus orent, ut eandem q̃ ipſi, gratiã mereri poßimus. SEXTO
obgarriunt

obgarriunt hæretici, Diuam uirginem nõ poſſe à nobis honorari· ſed & ijdem obmutuere, conuicti inter alia perquàm plurima per ſcripturã, dicentem· Laudemus uiros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, qui in generatiõibus gentis ſuæ gloriã adepti ſunt, & qui de illis nàti ſunt reliquerũt nomen narrandæ laudis eorum, quorũ corpora in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum uiuet in generatione & generationem· Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciat eccleſia· hinc illico inibi ſcriptura ſigillatim ſumma cum ueneratione cuiusq; antiquorum patrũ Enoch, Noæ, Abrahæ, Iſaac, Moſi, Aaronis Ioſue, & cæterorum præclaros enarrat titulos et acta magnificat, & idem Paulus gentium max· doctor in Epiſtola ad Hebræos, antiquos uet· teſt· patres claro celebrauit Encomio, illuſtresq; eorum uirtutes & nomina, cathalogo quodam ſacro recenſuit· Si idipſum ſcriptura & ex ſcriptura tantus Apoſtolus? quid nos non faceremus in uenerandis illis ſanctiſſ· hominibus, qui dominũ uirtutũ & regem gloriæ, iam in terris uiſum & cum hominibus conuerſatum, & uerbo, & opere ſecuti, neutiquàm ab eius declinarunt ueſtigijs, ſed ſignis & uirtutibus longè ſplendidioribus quàm priſci

Eccle·44·

Hebræ·11·

patres, coruſcarunt, maxime Diua uirgo, quæ uir-tutū decore, uitæq; ſanctimonia nec ſimilē ſui habuit, nec unquàm habitura parem, quæ et ideo magnopere à nobis eſt honoranda inter infinitas penè rationes, quas aliàs recenſentes hic ſilemus. PRIMO *ex debito uirtutis, cui, natura ſuadente & ratione conſentiente, honor debetur, & debet hoc eſſe uirgo Maria honoratior, quo uirtute fuit*

Eccle. 44. *excellētior, inde ſcriptura uult ut uiros glorioſos, id eſt, uirtuoſos laudemus.* SECVNDO, *quod eius honorificentia nobis conferat ad imitationis ſtudium, quo ardenter accendimur, quum eius uirtutes in die ſolennitatis eius, noſtræ mentis oculis obijciuntur. Sunt enim egregia ſanctorum opera, tanquàm ſacræ quædam faces, nos ad emulationē ſequendosq; mores eorum, ſuo feruore ſuccendentes. Et ita nimirum ſolennitates martyrum (ut & nuper diximus) exhortatiōs ſunt martyriorum, ut imitari non pigeat quos celebrare delectet. Ita nimirum ut quorum attendentes conuerſationem æmulemur fidem, bonitatem, ſpem, uitam, tolerātiam, paßionem, & ſuſtinentiam uſq; ad mortem, ut & corona gloriæ cum ipſis participemus, quandoquidem ſanctorum fortia facta præparent nos ad fortitudinem & zelum, & imitationem*

uirtutis

uirtutis illorum & gloriam dei· ET PROFECTO *nulla re nobis fragilibus creaturis, ad æternam beatitudinem creatis, magis opus eſt, quam frequenti diuorum commemoratione, ut eorum uirtutes animaduertentes minimè ſinamus nobis ſuis uicijs & ſceleribus abblandiri dæmonem, mundum & carnem, qui continuo ſunt hoſtes, nos ad uiam perditionis, quæ uoluptuoſa eſt & ampla prouocantes, contra quos ſemper debemus ex ani* Math· 7·
mo attendere ea, quæ tam forti et uirtuoſo animo pij homines, ut cũ Chriſto eſſent, æternamq́; haberent uitam, pertulere, memores neminem ingreſſurum beatitudinis locum, niſi uirtutibus ac pijs laboribus et anguſtijs, Apoſtolis alibi dicẽtibus· quo Act. 14·
niam per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnum dei· Siquidem, ut Paulus ait, omnes qui 2· Timo· 3·
uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur· Id quod planè experimur in omnibus ſanctis hominibus, eorum mores & uitas commemorantes, quorum ubi memores ſumus, fit ut maior noſtra & firmior ſit in Chriſtum fides, quæ alioquin fieret frigidior, niſi conſtaret tot ipſum milites cõſtanter ſubſequutos fuiſſe in omni uirtute, qui gauiſi ſunt eius nomine contumeliam pati, memores & ipſum non aliter potuiſſe quàm per paßi

Act. 5. onē cœli gloriam ingredi, aliàs proinde dicētem,
Lucæ. 24. Si quis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum,
& tollat crucem ſuam & ſequatur me. Id quidem
Mat. 10. 16. etſi omnes dei ſancti pro uirili ſequuti ſunt, quorū
& ideo uirtutes & facta recolimus, maximè tamen
ſequuta eſt diua uirgo, quæ uſq; adeo nomine
Ieſu conſtans fuit à principio uſq; ad finem, &
ita eius nomine perpeſſa eſt, ut gladius doloris ani
Lucæ. 2. mam ipſius tranſiuit. QVAE PROPTEREA
inter omnes maximè eſt ueneranda, & ob ocu
los noſtros omni tempore collocanda, utpote quā
uirtutibus ſequemur pro adipiſcenda uitæ æternæ
gloria, quippe, qđ ea ſit (ut alias late ꝓbauimus)
Ruth. 4. exemplum uirtutis in Effrata, & habeat celebre
nomen in Betlehem. Cæterum etſi duce deo, huius
modi hydris tot hæreſeon capita ſucciderim, aliud
tamen modo ſuccreſcit, quo me impietatis ſuggillari
conantur, utpote, quòd illam glorioſiſſimam
uirginem plus æquo & quidem ſuper omnes ita ex
tulerim, ut à me quaſi dea fiat. Vnde fit, chariſſimi
fratres, quod non tam impietatis, à qua omnino
me hac in re immunem ſcio, expurgandæ, quā
diuinæ maieſtatis honorādæ, cui ſit, quicquid ſuis
fieri ſolet & ueritatis defenſādæ, uirtutisq; apud
nos omnes creſcendæ & augendæ gratia, ut dein-

ceps pro

teps pro uirili mea paulo diffuſius de laudatiſſimæ huius uirginis laudum præconijs ſim dicturus, ut uniuerſi re ipſa intelligant quã ſit Maria uirgo oĩ laude & ueneratione digna, & quàm ſit cunctis creaturis in cœlo & terra ſuperior, & quàm merito illam deus à nobis uelit laudari, & quàm nobis conducat pia ipſius ueneratio. Nec dubitauerim, quin & hoc ipſum hydris caput ſim amputaturus, & deniq; eaſdẽ omnino enecaturus uirtute eius uirginis, quæ uel ſola omnes hæreſes hactenus perimit, nimirum quæ ſit illa regina potens & beata, quæ procedit. ſ. contra hoſtes ſuos terribilis ut caſtrorum acies ordinata, quæ dignetur ſe à me in laudem ſui unigeniti filij domini noſtri iugiter laudari. Cantico. 6.

VIRGINEM MARIAM OMNI LAVDE ESSE MAIOREM CAPVT. II.

TAMETSI, *fratres chariſſimi diuæ & glorioſiſſimæ uirginis Mariæ præconijs noſtra pene omnia ſcripta, quæ uel edita leguntur, uel quæ intra pari*

etes adhuc deliteſcunt, referta ſint, quod ipſam dũ uiximus ab infamia & admirari & in honore ſummo habere nunquàm deſtitermus, nec unquã
Math. 24. *deſtituri, hoc tamen tempore, in quo omnis con-*
Marc. 13. *tra deum & homines pios abundat iniquitas, illi-us ut laudes paulò ſolutius enarremus, cauſæ, quas ſuperiori loco recenſuimus, planè cogunt, quibus etiamnum fit, quo ſimus ad eaſdem laudes obeun-das fortiores ijdemq; animoſiores in prouintia tã prorſus difficili & periculoſa ei, qui ſe peccato-*
Eccle. 15 *rem cognoſcit, ac cum confuſione ſui fatetur, à cu ius ore laus haud eſſe ſolet ſpecioſa.* ADDO *quod & alioqui res ſit ardua mihi, & meis non ſolum ui ribus impar in genere dicẽdi demonſtratiuo diuer ſari, id quod eis quoq; difficile etiam incũbat, qui nihil aliud agunt, totumq; huic arti tempus ac ſtu dium tradunt, & inde laudem ſibi uendicare con-tendunt. Illi nimirum ſi ad ſummum ſeſe in dicen do experiri uoluerint ex omnibus omnino materi is unam hanc ut potiorem, quemadmodum nobi-les pictores ex omnibus exemplaribus unum cæte ris præſtantius ad effingendam, ſibi potiſſunum deligunt.* Ego *uero ſi hac uti facultate ullo unquã tempore debuerim, neſciam ſanè ubi melius aut re ligioſius, aut oportunius quàm in huius tantæ ſ. uirginis*

uirginis laudibus uires meas omnis intendam· Siquidem tanta ſit deiparæ uirginis amplitudo, ut ſi quis eam uelit, ut deberet, explicare, nullum neq; finem, neq; principiũ, neq; finem laudandi ſit inuenturus· AD CVIV *Squidẽ celſitudinem multi uiri diuitiarum uariæ & ſpectatæ eruditionis, de ciuitate domini uirtutum manus ſuas, & ad hæc fortia miſerunt, & eius tamen in omni uirtutum genere altitudinem ad liquidum comprehendere non potuêre, quia inueſtigabiles uiæ iſtæ, & inſcrutabilia uniuerſa·* Esaiæ·38· *Conati ſunt, & non datum eſt ultra, dum adhuc ordirentur, ſucciſi ſunt·* Et *ſi tamen dignè nullus, quiſq; tamen pro uiribus eſt conatus, quorum ſanè uirgo tanta, ut eſt clemens et pia, uoluntatem promptam pro facultate ſuſcepit·* Inde *mihi fiducia, inde audacia, ut & poſt illos in tantæ uirginis præconia meas quoq; operas collocare non dubitẽ, utcunq;, non neſcius, me non adſequuturum mea dictione quod opto, utpote quod nec merito ſperare poßim, quãdo eius uirginis laus ac uita plane ſit omni commendatione ſuperior·* Id *quod ubi (in quo non diffido) teſtatũ fecero, idemq; palàm probauero, ſat mihi, licet nõ ei, quam laudaturus aggredior, erit·* QVANdoquidem *uirtus* Encomij *illa ſit, quemadmodum*

*in illam uerè laudatam uirginem quiſpiam transfe-
rat, quum ea ſit, iuxta ſcripturam, quæ diuitijs uir* Prouer·31·
*tutum cũctas mulieres ſupergreſſa eſt, utpote in-
ter & ſuper omnes mulieres multifariam benedi-* Luce·1·
*cta, ueluti poſthac, prout ſpiritus domini ſuggeſſe
rit, teſtatum facere conabor·*

VIRGINEM DEIPARAM MARIAM EX REGIA STIRPE NATAM ESSE· CAPVT III·

AGITE *iam aggrediamur præclara uirtutũ inſignia, quæ deus maieſtatis in matre ſua glorioſa glorificatiõe ſuper omnes ſignauit· Sic enĩ ab ortu uitæ ſuæ uſq; ad occaſum cõuerſata eſt in terris, ut forma uitæ, morũ informatio haberi cepta ſit·* De *ipſius autẽ inclyta proſapia etſi fortaßis aliqui nõ operæpretium eſſe ut dicam putent, ut quæ ſuis ſe uirtutibus abunde nobilitarit, haud alienæ nobilitatis, quæ à progenitoribus trahitur, indiga, quia uero in genere dicendi demõſtratiuo in præſentia diuerſor, cuius eſſe adfirmant rhetores, ut eorum, quos laudandos ſuſcipimus, generis originẽ recenſeamus, uiſum eſt non abs re fore, ſi & de ſtirpe uirginis*

Mariæ nonnulla dixero, tum quod inde proli laus ſuccreſcat, quod in uirtutibus nihil à parentibus, ſiqui nobiles extitere, degenerarit. Gloria enĩ eſt filiorum, qui parentes ſuos adeò ſequantur, ut eos uel æquent uel ſuperent, qualis fuit diua uirgo Maria, tum quia (ut in Tobia nuper diſputauimus) non ſolum mores in ijs, qui prædicabiles

Tobiæ.1.

ſunt, ſed etiam parentes oporteat laudari, ut ueluti tranſmiſſa, immaculatæ puritatis hæreditas in ijs, quos uolumus laudare, præcellat. Sic à parentibus Samuel, ſic Ioannes Bapt. ab eiſdẽ per ſcripturam commendatur. Sic etiamnum rectè uirginis Mariæ parentelã efferimus, quã facile, uti ex fructu arborem, agnoſcemus, ubi filiam conſiderauerimus. Fieri enim nequit quin generoſa ſit arbor, cuius eſt fructus generoſiſsimus. Ita nimirum quales huius uirginis fuerint parẽtes ex ipſa filia, quæ imago eorum eſt, facile percipimus, ijq; hinc uel maxime commendatiõe perpetua digni, quod tam inſignem dederint filiam, quæ nec habuit parem, nec parem habitura unquam. TRADIT *igitur ueridica hiſtoria, quam & ſe uidiſſe & legiſſe & tranſcripſiſſe diuus* Hieronymus *adfirmat, parentes uirgini* Mariæ *fuiſſe* Ioachimum *de* Nazareth, *&* Annam *matrem ex* Sephor *oppido, tam ſtirpe quã uitæ ſanctitate nobiliſsimos, utpote ex*

1.Reg.1.

Matth.7.

te ex regibus, ducibus atq; ſacerdotibus ſuam deri uantes originem, id quod uel ex eo patet, quoniã ipſam deinde filiam Mariam matrimonio Ioſeph collocarint, quem ex ſacerdotũ, ducum & regum linea recenſent Matthæus & Lucas, argumento Matth. 1.
& ipſam uirginem Mariam ex eadem fuiſſe pro= Lucæ. 4.
ſapia natam. ſ. ſacerdotali & regia, nec aliunde quoq; parentes ipſos Ioachim & Annam. Et re= cte nimirum ipſa diua uirgo Maria, quæ Chriſti Ie ſu, dei opt. futura erat mater ſecũdum carnem, ex regali genere, & ex ſacerdotali origine nata per= hibetur, de qua tandem dei filius, qui rex & ſacer dos idem eſt æternus ſecundum ordinem Melchiſe dech, ſecundum carnem naſciturus erat, uti in no=
ſtris Centurijs abunde diſſeruimus, ubi & Ioach= Hebræ. 7.
im & Annam meritò probauimus tam præclaræ uirginis fuiſſe parentes, quũ ſic illi ſanctitate mi=
ra fulſerint, ut à parẽtibus prophetæ Samuelis & 1. Reg. 1.
Ioannis Baptiſtæ omnino nihil alieni fuerint, am= bo iuſti ante deum, incedentes in omnibus manda= tis & iuſtificatiõibus domini ſine querela, oẽmq; ſuam ſubſtantiã tres in partes diſtribuẽtes, ut qua= rum partem unam templo & templi miniſtris, al
teram peregrinis & pauperibus, tertiã ſibi & fa= 1. Timo. 6.
miliæ impenderint, cõtenti, iuxta Apoſtoli doctri nam, eis, quibus natura poterant ali & tegi, ſciẽ=

tes,eos,qui uolunt fieri diuites,incidere in tentationem & in laqueum diaboli, & deſyderia multa inutilia & nociua,quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

DIVAE VIRGINIS MARIAE EXCELLENTIAM EX EIVS NATIVITATIS ANNVNCIATIONE PATERE. CAP. IIII.

HINC perſpicuum euadit, uirginem Mariam eſſe nobiliſſimam ex parentibus, quã tamen nobiliorẽ eſſe ex eius natiuitatis annunciatione patebit, nimirum, quæ ſolenni & mira glorificatione tradita ſit naſcitura in hunc mundum. Quum enim parentes Mariæ uirginis ſteriles eſſent, & uiginti annis in coniugio prole carerent, pro habenda ſobole continuis ſupplicibusq́; precibus, deum, qui ſolus fa-
Pſal. 112. cit,ut ſterilis pariat,orarunt, uouẽtes ſe illam eidem delaturos. Quia ergo Ioachimũ patrem Iſachar ſacerdos inter cõciues cum oblatione. quæ in templo Hieroſolymitano quotannis ter fiebat,uideret,conſpernatus eſt illum,improperans ſterilitatem,quæ in lege maledicebatur. Qui cũ pudore

ſuffuſus

ſuffuſus ad paſtores ſuorum pecorum ſe cõtuliſſet, cumq́; eis aliquantiſper in ſummo animi mœrore degiſſet, quadam deniq; die (ut eſt deus propè omnibus in ueritate ſe inuocãtibus) angelus illi de cælo magna claritate apparuit, Ego ſum, inquiẽs, angelus domini, miſſus ad te, ut annunciẽ tibi, preces tuas exauditas eſſe, & eleemoſynas tuas in conſpectu domini aſcendiſſe. Reſpexit enim pudorem tuum, & corde percepit ſterilitatis opprobrium non rectè tibi obiectum, utpote non perſonæ ſed naturæ uicium, cuius non ipſe ſed ultor eſt peccati, quod tibi hac in re nullum eſt. Qui cum alicuius uterum claudit, ea facit ratione, ut mirabilius denuo aperiat, qui facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem, ſubinſinuans nõ libidinis eſſe, quod naſcetur, ſed diuini fore muneris. QVOD uel inde cognoſcas oportet, quoniã & prima gentis ueſtræ mater Sara uſq; ad nonageſimũ annum ſterilis Iſaacũ tandem filium peperit, cui repromiſſa erat omniũ gentium benedictio. Sic etiamnũ Rachel diu ſterilis, Ioſeph deinde genuit, qui totius Aegypti tandem dominium habuit. Quis Samſone clarior, nonne tamen & ipſe matrem habuit ſterilem? Samuele quis ſanctior in ueteri teſta. cuius tamen etiam mater Anna ſterilis extitit? Nõ eſt igitur Ioachim, qđ turbẽris, immo crede par-

Pſal. 144.
Pſal. 112.
Gene. 21.
Gene. 30.
Iudic. 13
1. Reg. 1.
Matt. 21.
Luc. 1.

tus à domino, ꝑpter ſterilitatē protelatos plerūq; ſemper eſſe mirabiliores in omni uirtutum genere. En proinde *Anna uxor tua pariet tibi filiam, & uocabis nomē eius* Maria. *Hæc (ut uouiſtis) erit ab infantia deo dicata, & adhuc ex utero matris ſuæ ſpirituſancto plena, nec inter populares, ſed in tēplo domini ſemper morabitur, ne quid ſiniſtri de ea quis ſuſpicari uel tantillum poßit.* Et *ſicut ipſa*
Lucæ. 1. *ex ſterili matre naſcetur, ita mirabiliter ex ea altiſſimi filius generabitur, cuius nomen erit* Ieſus,
Matth 1. *quo uniuerſis eſt ſalus futura.* Et *hoc tibi ſignum,*
Eſa. 7. *cum perueneris* Hieroſolyma *ad auream portam, Annam coniugem tuam habebis obuiam, quæ de tua tardatione flens, & dolore plena ac ſolicita tunc in conſpectu tuo gaudebit.* Quo *dicto angelus ante* Ioachimū *euaneſcens Annæ apparuit, eidem quæ* Ioachimo *uiro patefaciens, ſimulq; addens, ut pro ſigno* Hieruſalem *ad auream portam pergeret, & ibidem uiro ſuo redeunti obuiaret.* Eapropter, *angelo diſparente, iuxta illius præceptū ambo ſibi mutuo obuiantes de mutua uiſione lætati, & de prole promiſſa ſecuri, adorato domino, domū redierunt, diuinum promiſſum hilariter expectantes.* Anna *igitur cōcepit, & filiam ſuam primogenitam peperit, nomenq; eius uocauit* Ma*riam.*

DIVAM VIRGINEM MARIAM CITRA ORIGINALE PECCATVM ESSE CONCEPTAM. CAPVT V.

QVIS MODO *dubitat, eam*
fuiſſe filiam maxime futurā ge=
neroſam & ſanctam, quæ ex tā
generoſis naſci prænūciata eſt
parentibus, eiſdemq́; omnino
ſanctis, qui, teſte hiſtoria, iuſti ante deū fuere, in=
cedentes in omnibus mādatis & iuſtificationibus
domini ſine querela? Quis hæſitat eam futurā fu=
iſſe magnā, cuius cōceptio & natiuitas æque fuit
prænūciata ab angelo atq; eius, qui fuit & eſt ab
æterno filius altiſsimi? Quis neget deum fuiſſe mi
rabiliter in ea & per eam aliquando operaturum,
quæ tam mirabiliter ex ſterilibus naſci debuit pa=
rentibus? Quis deniq; non piè credat illam uir=
ginem fuiſſe ſanctam antequā naſceretur, quæ pa
ritura erat Ieſum Chriſtum, *ſanctum ſanctorum,* Apoc.19.
qui iniquitatem non fecit, nec in ore eius dolus un Eſa.53.
quā fuit repertus? Aut quis poſtremū inficias iue= Matt.1.
rit etiam eam uirginē ab omni originali fuiſſe cul= Lucæ.1.
pa conceptā, quæ illū ſine ea culpa erat genitura,
de ſpiritu ſancto concipiendū? profectò nemo re=

fragabitur, niſi qui proteruus authoritati eccleſiæ nihil contra ipſius ſponſum Chriſtum Ieſum, qui Matth. ult. *ſemper in illa eſt, deferendum exiſtimat, utpote, quæ in Sacroſancta generali Synodo* Baſilien. *in ſpirituſancto legitime congregata & repræſentata* XV. *Calend. Octob. Anno poſt Chriſtum natum* MCCCCXXXIX. *ad perpetuã rei memoriã in hæc uerba definiuit.* NOS IGITVR *diligenter inſpectis authoritatibus & rationibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriuſq; doctrinæ coràm hac ſancta Synodo allegatæ ſunt, alijsq; plurimis ſup hac re. ſ. de Cõceptione uiſis & matura cõſideratione penſatis illam doctrinam, diſſerentem, glorioſam uirginem dei genitricem, præueniente & cooperante diuini muneris gratia ſingulari, nunquã actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali ruga, ſanctamq; & immaculatã, tanquã piam & conſonam cultui eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, recte rationi & ſacræ ſcripturæ ab omnibus catholicis approbãdam fore, tenendã & amplectendam diffinimus & declaramus, nulli de cætero licitũ eſſe, in contrariũ prædicare & dicere.* Renouãtes *præterea de concelebranda eius cõceptione, quæ tam p* Romanã *quã alias eccleſias* VI. *Idus* Decemb.

antiqua

antiqua & laudabili conſuetudine celebrata eſt· Statuimus & ordinamus, eãdem celebritatẽ præfata die in omnibus eccleſijs, monaſterijs & cõuentibus Chriſtianæ religionis ſub nomine conceptiõis feſtiuis laudibus celebrandam eſſe· Hæc eccleſia in definiendo ſanctam diuæ uirginis conceptionem· Cui ſententiæ nemo debet non pio & libenti animo accedere· PRIMO *uel ideo, quod ea emanauerit ab ea eccleſia, pro qua in perſona Petri dominus orauit, ne eius aliquando eſſet defectura fides, id eſt, ne erraret in ijs, quæ fidei ſunt, ut cui miſerit ſuum ſpiritum ſanctum, ſpiritum ueritatis, qui eam eſſet omnem veritatem docturus·* Lucæ·22· Ioã· 14·16·

SECVNDO, *quia ei ſentẽtæ ratio cõſonat, qua iuſtum eſſe ratiõatur, ut ea ſit ſine originali macula concepta, quæ erat illum paritura, qui de ſpiri ſancto ſine uirili ſemine conciperetur, qui cum ſit æterna dei patris ſapientia, illam ſibi ſingulariter in habitaculum in conceptu puriſsimum præſeruauit iuxta ſcripturam, dicentẽ· Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus· ſ· ſanctificatione ſupernaturali·* TERTIO, *quod exemplum à minori ancilletur eidem ſententiæ· Si enim ſcripturæ teſtantur Hieremiam prophetã & Ioannem præcurſorẽ domini fuiſſe à domino in utero ſanctificatos, qđ ille futurus in gẽtibus propheta, hic uero dominũ* Mathe·1· Lucæ·1· Pſal·45· Hiere·1· Lucæ·1· Apoc·19·

baptizaturus erat, digitoq; ſuo monſtraturus, quã to magis illa debuerit etiam ſine peccato originali concipi, quæ ſanctorum ſanctũ conceptura, paritura, portatura, lactatura, cibatura, illiq; omnia,
Prouer. 8. *quæ pijßima mater filio ſuo dilectißimo exhibitu*
Gene. 3. *ra erat, quæ adeo priuſquàm conciperetur ante ſecula fuit electa, in principio labentis ſeculi pro-*
Exodi. 4. *miſſa, figuris præſignata, prophetarum oraculis prænunciata, ſuppliciter ſuſpirijs patrum quæſita iuſtorum lachrimis parentum obtenta.* QVAR
Canti. 2. *to quod illi figura accedit in ſcriptura, quæ dicit,*
Lilium in- *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*
ter ſpinas. *Hieruſalem. Sane licet oĩs ſpinæ ſint tortuoſæ & ſtringentes ac horridæ, liliũ tamen inter ſpinas manet à uicijs ſpinarum omnino illæſum. Sic etſi omnes filiæ in originali peccato concipiantur, ſintq; in eo concepti parentes uirginis Mariæ, ipſa tamen ut lilium inter ſpinas, uirtute diuina, manſit ab eo peccato imunis.* QVINTO, *quod nulla ſcriptura eidem ſententiæ repugnet, etſi aliqua argumenta fronte prima uidentur obſtare, ea tamen in Centurijs noſtris authoritate ſcripturarum & rationibus repulimus.* SEXTO *multiplex maximorum miraculorum teſtificatio, ſiquidem uix aliud in religione noſtra poſt articulos illos fidei duodecim pluribus eſt teſtatum miraculis, ſan*

cta dei

cta deiparæ uirginis conceptione, quemadmodum teſtantur acta Concilij Baſilien. ubi hæc ipſa miracula legitimis teſtibus fuere examinata & digna credi approbata, ueluti in noſtris quoq; Centurijs retulimus. SEPTIMO, accedit ſententiæ de mundiß. uirginis conceptione per Angelum denũciatio, & perinde impoſitio nominis Maria, qua erat illa uerè appellanda, prout & appellata eſt, in cuius argumentum notabiliter poſtea dixit Euangeliſta. In menſe ſexto, miſſus eſt angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galiææ cui nomen Nazaret, ad uirginem deſponſatam uiro, cui nomẽ erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Quod ſanè nomen non modo Mariam uirginem arguit fuiſſe claram ut lumen, quia caruerit actuali peccato, ſed & quia ab omni originali culpa fuerit in cõceptu immunis. Siquidem hoc nominis ei uirgini impoſitum ſignificet eidem totius claritatis nomẽ impoſitum, utpote, quod nomen. ſ. Maria ſuarum interpretationum maieſtate omnem ab eius exordijs maculæ auferat ſuſpitionem. Sed quomodo inquis Maria interpretatur? PRIMO, inquã interpretatur, Maria, id eſt, ſtella Maris. qua nimirum interpretatione ſua indicatur nobis, perſonæ uirginis clariſſima dignitas, quam mox in conceptu habuit. Stella enim quid aliud eſt, quàm crea

Lucæ. 1.

Maria stella maris.

Gene. 1.

tura lucens in firmamento, & ita quidem lucens, ut ea nihil ſit luce dignius, nihil purius, nihil pulchrius, quæ nullius immundicia fœdari poteſt, & quæ irradiat ſine ſui contagione? Sic nimirum diua uirgo, etſi in carne fuerit ac carnalibus concepta parentibus, ipſa tamẽ nulla defædata eſt originalis peccati macula. In cuius perpetuam memoriam, diẽ in anno ſolennẽ inſtituit eccleſia, & quidẽ VI. *Idus decẽ. nempe in tẽpore aduentus, ut quẽad modũ tunc ab eccleſia primus Chriſti aduentus in carnem celebratur, ita & matris eius, per quam uenire dignatus eſt, productionis inicium ab eadem ſolennizetur.* *Et reuera magna nobis debet eſſe dies illa, in qua noſtræ reparatricis anima digna creatur & conſecratur, & ſanctiſsimo corpori unitur.* *Et ſanè ſicut ad ſaluandum genus humanũ olim fuit neceſſaria Mariæ natiuitas, ſic fuit cõceptio ipſius, niſi enim concepta fuiſſet, nata utiq; non fuiſſet.* SVPEREST, *ut quemadmodum Diua uirgo Maria ideo uirtute diuina abſq; peccato originali fuit concepta & præſeruata, ut digne Chriſtum dominum, altiſsimi filium eſſet paritura ſic & ipſi conemur purgari ab omni actuali peccato, ut & Chriſtum dominum per gratiam ipſius uenientem dignè ſuſcipiamus, ut dignam ſibi inueniat apud nos manſionem fide uera & charitate*

non ficta

non ficta. Quod fiet, ubi eius ſermones re ipſa ſer uauerimus, id eſt, malum declinauerimus, & bo= num fecerimus iuxta dominum dicentem. Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus, quandoquidem dominus ſan= ctus non niſi in loco ſancto habitat, alibi dicens. ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Sic ſanè pror ſus ex inſtanti tempore ſuæ conceptionis ſancta fu it diua uirgo uel ex interpretatione nominis, qua primo interpretatur Stella maris.

Ioan. 14.

Leuit. 19.

DIVAE VIRGINIS MARIAE DIGNI TATEM PATERE EX EIVS NOMINE. CAP. VI.

IVRISCONSVLTI AC Oratores & Rhetores modo *utuntur & loco argumentatio nis ab Ethymologia, quam di= cunt eſſe ueriloquium, quia ue= rè nominis inquirat originem, & ipſum quaſi & eius naturam perinde notet interpreteturq́;. ut po te, hoc recepi à te mutuo, id eſt, quod tuum olim fu it nunc factum eſt meum. Quo ſanè loco utuntur oratores plærunq́; in genere demonſtratiuo dicen*

l.1.ff.de tut

Cice. ad Heren.

Quint. *lib.* 1.5.

l.2.§.appel lata.ff. Si certum.

di, quum uel laudant uel uituperant·nimirum arbitrantes nõnunquàm haberi quenpiam talem, qualis eius ſit nominis interpretatio, niſi in contrarium ipſius foret definitio uel nomen à contrario inditum· Sunt enim quæ pulchro & bono nomine appellantur, quæ difformia ſunt & mala· Quid enim bello difformius eſt & peius, quũ tamẽ bellũ ſit nomen oppido pulchrum, quia bellum, eſt bonum & pulchrũ·Sic Lucus à luce, quum luco ſit nihil tenebroſius & obſcurius· Et Parcæ à parcẽdo quũ minime parcant·Sic apud Platonẽ Cratylus cauillatur in Hermogenem, eum non rectè dici Hermogenem, hoc eſt, Mercurio genitum, quod doctrinæ·ſ·atq; eloquentiæ nihil ſaperet· Sic è cõtrario ſunt, quæ malo nomine appellantur, quæ tamen mala non ſunt re ipſa· Siquidem quid peius nomine Brutus, quod aliàs ſignificat ſine ſenſu ac prorſus ingenio carẽtem·Et tamẽ hoc fuit nomine uocatus, Iunius ex ſorore Tarquinij genitus, quo utiq; quid ſuo tempore ingenioſius & ſapientius? id tamẽ eſt nominis adeptus ex euentu, q͂a ſtolidũ ſe finxerat· Sic pariformiter, quid difformius & ſpurcicius et peius porcò & Latrone? Et tamen eo uocatus eſt nomine Catho ille Rhomanus Senator, qui tamẽ ſolus (teſte Plinio) ſummas in hominẽ res præſtitiſſe exiſtimatus eſt, optimum oratorem, opt·Imperatorem, opt· Senatorẽ·Cæterum

Plato· lib· de rectitu Diue nomi·

Pli·lib·7· Cap·27·

ad hoſce modos non ſemper argumentari cenſent ab Ethymologia, nec ab Analogia, quoniam in cõtrarium probari poſſit. Argumentandum uero eſſe adfirmant, ubi conſtare poſſet nomen ipſum non caſu ſed natura quaſi prouidente fuiſſe datum. SIQVIDEM Plato in eo quem de rectitudine nominum inſcripſit libro, non abſurdè ſenſerit, nomina quibus utimur, non eſſe indita caſu quopiam, ut uulgo exiſtimant, ſed ita potius inducente ac ueluti de induſtria dictante natura, quæ multo ante prouidens, quid cuiq; ſit euenturum, & qualis quiſq; futurus ſit, ita nomen imponat. Id autem cum in alijs multis & rebus & hominibus probari poteſt, tum in Alcide & Priamo eſt perſpicuum. Alcides enim robuſtum fortemq́ue ſignificat, qualem illum legimus extitiſſe, qui Hercules poſtea nominatus eſt, qui tam uiribus & robore ualuit, ut ſibi inde nomen uendicarit. Hercules fortis. Priamus uero à uerbo ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, quod emo ſignificat, deduci manifeſtũ eſt. At illum ab Alciade captum Troianos poſtea emiſſe, & Grecæ & Latinæ tradunt hiſtoriæ. Gene.3.
ITA nimirum & in ſacris literis legimus Adamũ ſuam uxorem uocaſſe Euam, quia eſſet cũctorum uiuentium mater. Ita quoq; & Lucas ait, Chriſto octiduano fuiſſe nomen Ieſus inditum, quod uocatum fuerat ab Angelo priuſquàm in utero concipe Lucæ.2.

Math.1. *retur. Sed quare? quoniam, ait Mathæus, ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Eſt autem Ieſus ſaluator, qualis dominus noſter fuit*
Tit.3. *Chriſtus, qui ſolum, teſte Paulo, per ſuam nos miſericordiam ſaluos fecit in ſanguine ſuo, ut gratia ipſius iuſtificati hæredes eſſemus ſecundum ſpem uitæ æternæ.*
Act.4. *Et adeo nimirum ille idem uocatus eſt Ieſus, id eſt, ſaluator, ut non ſit, teſte Petro, in alio aliquo quàm in ipſo ſalus, nec aliud nomen ſub cælo datum, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ita etiam docuimus in ſuperioribus ex ueridica hiſtoria Diuæ uirginis ab Angelo datum nomen Maria, utpote, q̃ ad Ioachimũ ipſius patrem mœrentẽ dixit En proinde Anna uxor tua pariet tibi filiam, & uocabis nomen eius Maria. Cui & deinde Euangeliſta quodammodo ſubſcribens, notabiliter ait.*
Lucæ.1. *In menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth ad uirginem deſponſatã uiro Ioſeph. & nomen uirginis Maria. Sed quid eſt Maria, nomen .ſ. ab Angelo prædictum, ab Euangeliſta tam ſignanter repetitum, immo nomen illud nouum, quod os domi*
Eſaiæ.62. *ni nominauit? Eſt, inquam Maria, ſtella Maris. Quæ nimirum interpretatio nominis Mariæ nõ caſu ſed diuina inditi prouidentia prorſus, maieſtate plena ſummã diuæ uirginis dignitatem, caſtiſſimã puri-*

mam puritatem, excellentiſsimã pulchritudinem, & certiſsimam efficaciſsimãq; coram deo pro nobis interceſsionem ſubinſinuat. Siquidẽ Maria ſtella ſit. Et ſtella nihil aliud quàm (ut Fab. ait) ſtella luminis, id eſt lux participata. Iam uero obſecro, Quintil. lib. 1.
QVID LVCE *eſt purius, quum ipſa nullius immundicia fœdari poſsit, quæ nõ inquinata irradiat ſine ſui contagione. Sic etiã omnia in hac uirgine Maria tam excellenter irradiari noſcuntur, ut nihil in ea nõ dixerim tenobroſi, ſed nec obſcuri ſaltem uel minus lucidi ſuſpicari quiſpiã poſsit, utquæ nec cõtaminari potuit ab aliquo næuo, quũ ipſam deus uti templum ſuum in utero matris non modo ſanctificauit, ut in uita non poſſet peccare,* Pſal. 45.
uerumetiam ab omni originali peccato præſeruauit, adeò ut de ea ſpiritusſanctus in Canticis dixerit. Cant. 4.
Hortus concluſus & fons ſignatus, ſoror mea ſponſa, Concluſus, inquam, & conſignatus diuino præſidio & uirtutum munitionibus, ne in illum ingreſſum haberent hoſtiles inſidiæ & peccatorũ maculæ, utcunq; inter maculatos hoc in mundo conuerſata ſit, mãſit tamen puriſsima, uti roſa inter ſpinas, ita ut & Solomon de ipſa cecinerit, in Cant. 2.
perſona ſpirituſſancti dicens. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Atq; tam oportuit eſſe puram illã, quæ futura erat genitrix eius, qui

Eſa·53· omnium eſt puriſſimus, qui nec peccarat, nec pec=
Ioan·1· care poterat, omnes à peccato purificaturus ſua
puritate, lux illa quæ illuminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum· QVID DEI N=
de luce pulchrius? ſine qua cætera omnia ſunt diſ=
formia, & quaſi in primum Chaos redierint, con=
fuſa? quandoquidem lux faciat, quod cætera mũ=
di membra ſunt pulchra & laudibus digna· Sic ni=
hil unquam pulchrius Maria uirgine· CORPO=
re quidem uniuerſis pulchrior, propter candorem
incomparabilis uirginitatis, qua uel ſola id præro
gatiuæ adepta eſt, ut ubi nomen uirginis, uox cæ=
lo grata inferis inuiſa, gentibus popularis, ore ef=
fertur, hic Annæ filia Chriſti parẽs nominari, nec
ulla uirginũ alia intelligatur, utpote quæ ſola oĩm
ſit, ad quã ſpirituſſanctus per Solomonẽ dixerit·
Cant·2· Oſtende mihi faciem tuam, ſonet uox tua in auri=
bus meis· Vox enim tua dulcis, & facies tua deco
ra· Et ipſa uel ſola fuit, tam pulchra, ut ſtellarum
more etiam alios irradiando purificarit · quæ etſi
pulcherrima, à nullo tamen unquã potuit cõcupi=
ſci, cuius puritas omnia corda penetrabat, & in
eis omnes motus illicitos nõ aliter extinguebat ac
odor Cedri ſerpentes & uermes fugat, ſic & odor
uirginitatis de aliorũ cordibus brutales motus ex=
pellebat· Hinc Catholica eccleſia puritatem huius
uirginis

uirginis admirans in ſtuporē perinde uerſa pro=rumpit in hoc uirginalisintegritatis præconium. Sancta & immaculata uirginitas, quibus te lau=dibus efferam neſcio? nimirum, quæ nullo car=nalis adfectuspuluere unquam fuiſti reſperſa & coinquinata, quæ ſolis, lunæ & clarorum ſyderum longè excuperas mundiciam. Immaculata quidem in conceptu, immaculata in partu, & poſt partum immaculata, quæ propterea (ut eſt in ſcripturis) Sap. 7. *ſpecioſior es ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci cōparata, prior inueneris.* MEN=TE *quoq; omnibus pulchrior propter claritatem diuinæ contemplationis, ut quæ uerißime illa* Euā=gelica *fuit* Maria, *quæ ſibi optimam partem ele=git, quoniam frequens ſederit ſecus pedes domini* Lucæ.2. *& audiuerit uerbum illius, de qua dicit* Euangeli=*ſta, quod & angelorum & paſtorum de domino* Lucæ.10 *adeoq; domini ipſius uerba omnia conſeruauerit, & in corde ſuo contulerit. ſ. contemplando, quū & à cunabulis ſumma contemplatione & deuo=tione libros* Bibliacos *quotidie à nona diei hora ad primā facem lectitarit, cuius lectio ſingularis plus ei profuit ad beatitatem & decus, quàm omnibus ſapientibus omnes* Bibliothecæ. Et *ita nimirum de=cuit eſſe mente pulchram & puram, in qua debe=bat plenitudo habitare ſpiritusſancti, qui in eam*

Lucæ.1. ſuperuenit, cuius ſapientia in animam maleuolam
Sap.1. non ingreditur, nec habitat in corpore, peccatis
ſubdito, Cuiuſmodi pfecto nec Mariæ anima, nec
Cant.4. corpus fuit, de qua ſpiritusſanctus, Tota, inquit,
pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.
CONVERSATIONE quoque & uita pulchrior omnibus, propter exemplaritatem perfectæ uirtutis & magiſteriũ totius probitatis, quæ
Ruth.4. in ea tanta fuit, ut de ipſa illud Ruth merito dici queat, ut ſit exemplum uirtutis in Effrata, & habeat celebre nomen in Bethlehẽ. De cuius eximijs uirtutibus ſuo loco, illa intercedente, plura dicemus. Hæc hactenus de ipſius puritate & pulchritudine, quas arguit nomẽ uirginis Maria. VNDE & patefit eiuſdẽ magna dignitas, Quandoquidẽ Maria ſit ſtella, & ſtella eſt lux, lux uero in natu=
Eccle.24. ra corporali, & in quolibet genere primatum obtineat, id quod lucis ſitus teſtatur, ut quæ in cælo & de cælo oritur. Ita Maria lux dignior omnibus, quæ non ſolũ ſicuti angeli & homines à ſole, ſumma luce illuminata eſt, ſed fuit aurora illa, quæ de ſe ſolem illum produxit, qui omnia illuminabilia illuminauit, quæ & ideo recte in myſterio illa nubecula lux. ſ. prima die facta fuiſſe dicitur, de qua poſtea ſol factus eſt. Siquidem Maria ipſa non fuerit ſol ipſe iuſticiæ, ſed ſtella illa uerè matutina, quæ ſo=

quæ ſolem iuſticiæ Ieſum Chriſtũ produxit, à quo Malachiæ. 4.
& ipſa illuminata eſt. A quo & propter quẽ ipſa
habet totum laudis & gloriæ quod habet, & quã-
tus eſt ille inter filios hominum, tanta ipſa inter fi-
lias hominum, cuius gratia fit, ut nemo unquam
eam ſatis dignè laudare poteſt, quemadmodum ad
ipſam eccleſia orans exclamat. FELIX *nanq;*
es ſacra uirgo Maria, & omni laude digniſſima,
quia ex te ortus eſt ſol iuſticiæ Chriſtus deus no-
ſter. f. qui fœlici ortu ſuo denſas huius mundi pro-
pulſauit tenebras, & fulgentiſſimum ueritatis lu-
mẽ humanis cordibus infudit. Succurre igitur Ma
ria miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles. Ora
pro populo, interueni pro clero, Intercede pro de-
uoto fœmineo ſexu. Sẽtiant omnes tuum iuuamẽ,
quicunq; celebrant tuum nomen. Quod nomen
Maria *dico.* Nomen *ſummæ & tantæ dignitatis,*
puritatis & pulchritudinis, ut non abſurde ad
ipſam poſt Chriſtum filium propheta dixiſſe uide-
ri poteſt. Et *uocabitur tibi nomen nouum, quod* Eſa. 62.
os domini nominauit. Et *eris corona gloriæ.* Ni-
mirum Maria *gloriæ & uirtutis corona eſt & ſpe*
culum, unde omnes imitando ſe decorare debẽt.
QVAM VERO *illa intercedendo potens ſit*
paulopoſt docebimus, expoſituri alteram nomi-
nis interpretamenti partẽ uidelicet, quur ſit ſtel-

la maris? Cæterum ſi eius orationis ſuffragium impetrare uolumus non deſeramus imitationis exemplum, quando & in ipſa Chriſtum ſequemur,
2·Cor·4·11· *quæ & cum Paulo ad nos dicere poteſt·* Rogo *uos imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti·* Igi*tur fratres ſtudeamus & ipſi imitatione eſſe Mariæ, id eſt, ſtellæ lucentes mente, corpore, & conuerſatione ·* PRIMO QVIDEM *luceamus mente, præſeruantes illam à malis & peruerſis contra deum & proximum cogitationibus·*
1·Pet·1· Vnde *Petrus uult nos eſſe ſuccinctos lumbos men-*
Matth·5· *tis noſtræ· id eſt, uult ut & corde animoq; à ma-*
Lucæ·6· *lis cogitatibus mundi ſimus, quoniam beati ſunt mundo corde, quia deum uidebunt, tum etiam, quod deus in cogitationes quoq; malas animad-*
Oſeæ·4· *uerſurus eſt, inquiens ·* Et *uiſitabo ſuper eum uias eius, & cogitationes eius reddam ei·* SECVNDO *luceamus & corpore, ipſum nequaquã immundicijs peccatorum exponentes, quandoqui-*
1·Cor·3·6· *dem templum ſit ſpirituſſancti ·* Vnde *Apoſtolus*
2·Cor·6· *Neſcitis, inquit, quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis·* Si *quis autem templum dei uiolauerit·ſ·fornicando, quo peccatur in corpus, diſperdet illum deus·* Nolite *igitur fornicari·* TERTIO *luceamus & conuerſatione, ut pote bonis noſtris operibus palàm nõ ad oſtẽtatio-*

nem

nem phariſaicam, homines ad bene operandum prouocantes, Chriſto dicente· Sic luceat lux ueſtra coràm hominibus, ut uideãt opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt· Et Apoſtolus, prouideamus, ait, bona non ſolum coram deo ſed etiam coram hominibus· Et Petrus inquit· Conuerſationem ueſtram inter gentes habentes bonam, ut in eo, quod detractant, de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos conſiderãtes glorificent deum in die uiſitationis· Quales ubi fuerimus certè cum Maria digni erimus, quibus cum Chriſtus hic per gratiã & alibi per gloriam ſit inhabitaturus, qui & propterea demum hoc erimus maiores, quo maior eſt Chriſtus· Quàm uero ille magnus fuerit, ex ſequenti capite commonſtrabimus, in quo & confutabimus, quæ contra diuæ uirginis puriſſimam uirginitatem ab hæreticis obijciũtur·

Matth·5· 2· Cor·8· Rho·12· 1·Pet·2·

NIHIL DEBERE SVSPICARI MALI QVENPIAM DE PVRITATE DIVAE VIRGINIS, QVANQVAM LEGEM PVRIFICATIONIS SERVAVERIT. CAPVT VII.

HAVD SANE *dubitemus, fratres dilectiſſimi, quicquid in laudibus digniſſimæ matris & uirginis Mariæ proferimus, ad filium prorſus quoque pertinere. Quandoquidem quicquid laudis in matre eſt, idipſum à filio proficiſcitur. Cuius gratia Euangelica illa mulier ipſam exiſtimabat beatam, quod Chriſtum, tantum filium, genuerat, exclamando dicēs. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti.*
Lucæ. 11. *Hinc eatenus uerè laudabimus in eius genere Mariam matrē, quatenus laudabimus in ipſius genere filium Ieſum, cuius planè magnitudo magnā*
Lucæ. 1. *reddit Mariam matrem, cui ab illo magna facta ſunt qui potens eſt & ſanctū nomen eius.* DECVIVS *magnitudine & potentia quid multis opus*
1. Timo. 6. *eſt ut dicamus, quum ſit rex regū & dominus do-*
Apoca. 19. *minantium, quiq; cælum & terram ſua maieſtate*
Hiere. 23. *implet, eſtq; à ſeculo & in ſeculum deus. Cuius nimirum magnitudinē perquā plurima teſtata ſunt mirabilia,*

mirabilia, quam neq; prophetæ neq; Patriarchæ ſiluerunt antequam ille homo in terris à uirgine Maria naſceretur. Nonne magnus ille eſt, de quo propheta & Angelus ad Mariam. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Ecce concipies in utero & paries filium & uocabis nomē eius Ieſus. Hic erit magnus, & filius altiſsimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Nonne magnus eſt ille, quem & propheta & Angelus naſciturum nunciāt? Nonne magnus eſt ille, in cuius nondum nati magnitudinis teſtimonium teſtis adhibetur ſponſus Ioſeph. Eliſabet ſterilis parit, mutus Zacharias loquitur, uterq; ſpiritu prophetico corripitur. Exultat Ioannes in utero matris, uirgo concipit & generat, hoſpites Magi ab ultimis terrarum finibus myſticis & teſtimonialibus muneribus accurrunt & adorant, paſtores ueniūt uident & prædicant, Herodes cum omni Hieroſolyma perturbatur. Videte fratres, quot argumentis, quot prodigijs commendata eſt recens pueri natiuitas? Certe multo pluribus & maioribus argumentis & miraculis eius eſt commendata natiuitas quàm Ioannis Baptiſtæ, cuius tamen natiuitas miraculoſa eius ita dedit magnitudinis teſtimonium,

Eſaiæ. 7.
Lucæ. 1.
Lucæ. 1.

ut inter ſe quiq; in ipſius natalicio præſentes dicere cœperint. Quis putas puer erit iſte? ſ. cuius
Math. 11. eſt natiuitas tam miraculoſa? Magnus utiq; erat,
Malach. 3. de quo ueritas æterna dixit, inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, quum plus eſſet quàm propheta, qui erat angelus à deo miſſus, qui præpararet uiam domino ſ. paulo poſt ex Maria uirgine naſcituro, propter quem in Ioannis pariter natalicio tot ſunt facta prodigia, quæ illius futuram in terris teſtarentur magnitudinem. Sanè conueniebat, ut nec paucis, nec uulgaribus argumentis confirmaretur, quod creditum omnibus ſeculis eſſet allaturum ſalutem æternam, non creditum mortem æternam. Ideoq; tot prodigia & argumenta Chriſti dignitatem & maieſtatem teſtantia hactenus ex ſcripturis adduximus & audiuimus, nec quidem uniuerſa audiuimus. IAM enim ne non ab omni ſexu omniq; ætate, omni ſtatu, ac profeßione ferret teſtimonium, neq; quiſquã
Lucæ. 2. omnino relinqueretur, qui ſibi ab hoc non promitteret ſalutem, accedit & teſtimonium Simeonis cuiuſdam, qui nec ſacerdos erat nec leuites, ſed nihil aliud quàm iuſtus, uereq; pius & religioſus, ſenio confectus, animo floridus. Is ut erat uir bonus, & Iſrahelitica plebis ſalutis percupidus, adflatu ſancti ſpiritus cognorat cũ diẽ iam adeſſe, quumq; uotis arden

uotis ardentißimis rogaſſet dominum, ut ſibi contingeret uel ſemel oculis corporalibus intueri tot iam ſeculis expectatum Meßiam, reſponſum acceperat in adyto pij pectoris à ſpirituſancto, fore ut nõ emigraret ex hac uita, niſi prius oculis corporis uidiſſet, quem oculis fidei iampridem proſpexerat, ut teſtari poſſet ueniſſe, quem uenturũ non dubitabat. Quum igitur futurum eſſet, ut puer Ieſus adferretur in templum (quemadmodum diximus) beatus ille ſenex ſubmonitus afflatu ſpiritus, ſub ipſum tempus uenit in templum, uidensq́; puerulum Ieſum à matre Maria & patre Ioſeph oblatum, ſumma pietate eum in ulnas accepit, eiq́ue benedixit, & ait. Nunc, domine, meis uotis abundantius eſt ſatisfactum, cui corporeis etiam oculis uidere contigit, cui datum eſt ulnis ſenilibus amplecti filium tuum unicum, nunc ſinas me iuxta uoluntatem tuam mori, qui lubens ac lætus moriar, qui illum filium tuum uiderim, per quem tibi uiſum eſt ueram ſalutem conferre, non ſolum Iſrahelitico populo, uerũ etiam uniuerſis mundi nationibus. Agnoſco in humili corpuſculo uirtutem tuam. Agnoſco hunc eſſe lucem mundi, prophetarum oraculis promiſſam, hunc eſſe ſolem, quem exoriri uoluiſti, ut diſpelleret tenebras omnium gẽtium, eſſetq́; ſingularis gloria plebis tuæ

Iſrael. EN FRATRES *quod & quanta teſtimonia magnitudinis* Ieſu*Chriſti dei et hominis?* En *quanta uis fuit infantis nondum exerentis iuſtas uires, ut omnia corriperet, diuino ſpiritu, adflans humiles. ſuperbos perturbans ac territãs, nimirum, ut ex ijs rerum præludijs non difficile colligi poſſet, quæ foret futura rerum mutatio, quum iam adultus uocem illam cæleſtem palam depromeret, quum miraculis inclareſceret, quum moreretur ac reſurgeret, quum ſanctum ſpiritũ è cœlis in omnes credentes effunderet.* IAM *uero, chariſſimi fratres, quum tantus ſit filius,*
Eccle. 45. *quantam putemus eſſe matrem & uirginem* Ma*riam? Certè tantam, ut illa de filio eius uerba, pau cis mutatis, ob ea dicere non dubitauerim.* Glori*ficantes dominam, quantũ cunq; potueritis, ſuper ualebit adhuc.* Benedicentes *dominam, exaltate il lam quãtum poteſtis, maior enim eſt omni laude.* Q*uare? quia eſt illa uirgo unica & mater, & ſtel la, inquam, illa orta ex* Iacob, *& ſtella maris unica, quæ nobis ſolem iuſticiæ,* Chriſtum Ieſum *dominum à ſpirituſancto concepit & peperit.* Q*uæ & rectè ſyderi comparatur, quia ſicut ſine ſui corruptione ſydus ſuum emittit radium, ſic ab ſqúe læſiõe ſui uirgo peperit filium atq; citra do lorem.* Nec *ſyderi radius ſuam minuit claritatẽ,*

nec uirgini filius ſuam integritatem, utpote poſt, ante & in partu inuiolata. SED *quid eſt, quærunt Hæretici, quod & ipſa dies purificationis, ut eſt in* Euangelio, *ſeruauerit, ſecundum* Moſi *legem, qua iubebatur, maſculinum fœtum exhiberi domino, proq́; purgatione puerperæ, ſimul & pueri nati offerri munus, quod partus mulierum nõ abſq; corporis ſordibus conſtaret?* Nonne, *inquiunt, ipſamet mater Maria ſubindicat, ſe quid habuiſſe impuritatis, quod purificatione indiguit, et ſic non merito a uobis illa ſtella maris prædicatur propter ineffabilem illius & mentis & corporis, in conceptu & partu puritatem.* RESPON *demus, legem ipſam de uulgari matrum partu debere intelligi, datãq; eſſe eis, quæ prius fracto per uirum uirginitatis ſignaculo, non ſine ſordibus, nec ſine pudore pariunt iuxta prophetam dicentẽ* Ecc e *enim in iniquitatibus conceptus ſuum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et Iob, *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nõne tu, qui ſolus es? Quod uero lex ipſa non incluſerit partum uirginis Mariæ, ex uerbis eiuſdem patet, quæ ita habent. Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum. Et rurſus. Omne maſculinum adaperiens uulnam &c.* Cæterum Maria *ſexu tantum non actu mulier erat, quæ uirum neſ-*

Lucæ.2.
Leuit.12.
Exo.13.
Exo.34.
Pſal.50.
Iob.14.

ciebat, nec ſemine ſuſcepto aliunde pepererat, ut quæ citra uirilē attactū ex amplexu uirtutis cœle
Math. 1. *ſtis per opificium ſpiritus ſancti conceperat, Angelo ad Ioſeph teſte, qui ait. Ioſeph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam cōiugem tuam. Quod enim in ea natum eſt, de ſpirituſancto eſt. Præte-*
Pſal. 18. *rea nec partus ipſe ſanctiſsimus utero uirginis aperto, ſed clauſo tanquàm ſponſus de thalamo ſuo, tanquàm radius de lucida ſolis camera ad nos*
Ezech. 44. *egreſſus eſt, iuxta prophetam dicentē, Porta hæc clauſa erit, & non aperietur. hinc non dubium, quin Moſes ſingulari ſpiritusſancti prouidentia in lege ſcripſerit, mulier ſuſcepto ſemine &c. & aperiente uuluā uteri &c. Nimirū ut ſingulariter excluderet uirginem & matrem Mariam, quam præſciebat non ſuſcepto ſemine nec aperto utero filium concepturam & parituram, nouo quidem*
Hiere. 31. *ſupra naturam modo, ut inquit propheta. Quia nouum faciet dominus ſuper terram. Quod nouū? mulier inquit, circundabit uirum. Non ab altero uirum ſuſcipiet, non humana lege ſuſcipiet hominem, ſed intra uiſcera intacta & integra uirum claudet, ita ſanè ut intrante & exeunte domino,*
Ezech. 44. *iuxta alium prophetam, porta orientalis clauſa iugiter perſeueret. NVNC uero ò benedicta uirgo & mater Maria, quur iuxta legem dies purificationis ob-*

cationis obſeruaſti? quum adeo nihil fuerit in tuo partu inquinatum, nihil non cœleſti puritate ſanctimoniaq; plenũ, quæ uirgo concepiſti & uirgo peperiſti? Siquidem ſis etiam hortus concluſus & fons ſignatus, quem nullus unquam ingreſſus neq; egreſſus eſt, præter Ieſum Chriſtum aqua uitæ & puritatis, itemq; fructus benedictus & benedictionis. Siquidem quæ pariter ſis uellus illud Gedeonis quod rore preſuſum fuit, terra manẽte ſicca. Quæ & ſis rubus ille, quem Moſes uidit ardentem, & tamen non comburentem. Quæ deniq; ſis uirga illa Aaronis, quæ contra naturam non humectata nec plantata floruit, & fructum produxit. Immo quæ puriſsima illa es ſtella ex Iacob orta, quæ ſicut ſine ſui corruptione emittit radium, ſic abſq; tui læſiõe uirgo concepiſti, uirgo peperiſti, & uirgo poſt partum inuiolata permanſiſti. QVID igitur ô caſtiſsima uirgo & mater opus tibi purificatione? quur abſtines ab ingreſſu templi cuius uterus neſciens uirum, templum factus eſt ſpiritus ſancti? Cur non ingrederis templum, quæ peperiſti dominum templi. ſ. Ieſum Chriſtum, dei optimi filium, fontem puritatis, & uenietem facere purgationem delictorum, qui uel ſolo attactu ſuo ab omni immundicia, ſi qua in te fuiſſet, te purificare potuiſſet, ad cuius momentaneum dextræ tactum

Canti. 4.
Iudicum. 9.
Exodi. 3.
Nume. 17.
Nume. 24.
Lucæ. 19.
Math. 8.

Math. 9. *leproſus eſt deinde mundatus, & ad tactum ſimbriæ eius ſanata eſt illa, quæ ſanguinis fluxum patiebatur.*
Marc. 5.
Lucæ. 8. *Quomodo ergo ſi immunda fuiſſes non te ab omni contagio mentis & corporis mundare potuiſſet? qui nouẽ menſibus in uirginali tuo utero iacuit, unde deinde illæſo pudore uirginitatis prodijt. Quid igitur o uere beata uirgo purificationis legem ſeruaſti, quum uerè non habeas cauſam, nec tibi teſtimonio omnium ſcripturarum & figurarum opus fuit purgatione.* HAEC *fratres chariſsimi, quiſpiam pie magis & diſcendi cauſa quàm curioſe quæret, cui & pie ſum reſponſurus*

Lucæ. 1. PRIMO IDEO MARIAM *uoluiſſe purificationis legem ſeruare, quoniam Maria mater Meßiæ ſic uirgo eſſe debuit, quod uirgo abſcondita, uenit ergo quaſi purificanda, quæ & uiro propterea* Ioſeph *deſponſata fuit, quem tamen actu maritali non cognouit.* SECVNDO *ut nos à legis uinculo ſolueremur, ſicut Chriſtus, ita & beata* Maria *legi eſt ſponte ſubiecta, quæ*

Math. 5. *utiq; cum filio dixiſſe creditur.* Nolite putare, *quoniam ueni ſoluere legem aut prophetas.* Non *ueni ſoluere, ſed ad implere.* TERTIO, *ut inſignem ſuam, quam & dominus reſpexerat, humilitatem, legem etiam ſponte ſeruando tutaretur.* QVARTO, *ut quæ purificatione non eguit,*

omnium

omnium mulierum purificationem ſuppleret & terminaret. Sicut & Chriſtus oblatus eſt, qui ſanctificatione non indiguit, quum totus ſanctus, per ſe ſanctus, & pluſquam ſanctus oēs & qui erant, & qui fuerant, & qui futuri erant ſancti ſanctificauit. Illæ in uirginis puritate, ut in ſuo ſexu, quodāmodo purificatæ, iſti in Meßiæ ſanctitate ſancti. Sed illæ & iſti, in hoc uno ſancti & ſanctificati omnes. Sic ſanè Maria purificatione ſua legē purificatiōis, ut Chriſtus ſua circūciſione legem carnalis circūciſionis, & typicæ terminauit & finiuit, quū uera noſtra purificatio aduenerit. ſ. Chriſtus qui fide corda purificat. Hinc & mulieres de cætero ad purificationē non tenentur, niſi quo ad templi ingreſſum ad conſuetudinē loci, quā cum ſcandalo infringēs uix abſq; peccato eſt, uæ enim per quem uenit ſcandalū? Q V I N T O ut ſua obſeruatione legis purificatiōis nos erudiret, quæ regula eſt morum, forma uitæ, ac oīs ſanctitatis exēplar, uſq; adeo, ut non immerito ad nos dicere poſſit. Exemplum dedi uobis, ut quēadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Sed quomodo? Nimirum, ſi & ipſi ſpiritualiter uolumus emundari digna purificatiōe, & tandē Chriſtum cū Symeone in gloria uidere. P R I M O debemus & ipſi uirgines, id eſt, uirtuoſi eſſe in abſcōdito, nihil de noſtris uirtu

Act. 15. diſt. 5. c. Cū enixa. c. uolēs de pur. poſt partum.

Ioan. 13.

tibus & operatiõibus bonis uanè gloriantes, Chri
Matth. 6. ſto dicente. Attendite, ne iuſticiã ueſtram faciatis
corã hominibus, ut uideamini ab eis, alioqui mer=
cedem nõ habebitis apud patrẽ ueſtrum, qui in coe
lis eſt. SECVNDO, ut & ipſi proximorũ cha=
ritati ſtudẽtes nihil faciamus, de quo proximi im=
becilliores poſſint ſcãdalizari, etiã ſi ea facere uel
non facere poſſimus, nullum enim bonũ prodeſt,
Math. 17. quod caret charitate. Sic Chriſtus alibi uectigal ſol
uit, quod nõ debuit, ne ſcãdalizaret. Sic Apoſtolus
1. Cor. 8. maluit ppetuo abſtinere carnibus, quã fratrem in=
firmũ ſcandalizare, quũ tamen carne alioqui libe=
re uesci potuerit. Sic Maria purificari uoluit, quo
l. princeps. nõ indiguit, Sic & Imperator ad legẽ uiuit, unde
ff. de legib. tamẽ ſolutus eſt. Sic & nos, ut conſeruetur pax,
l. Impfecto. unitas & charitas, aliquãdo facere debem', ad qđ'
ff. de leg. 3. nõ obligamur, modo nõ ſit contra deum, cui plus
l. digna. C. quã hominibus eſt obediendũ. TERTIO, ut oĩa
de legib. noſtra obſeqa deo exhibeamus non lucri, nõ poe=
næ gratia, ſed uoluntarie, ſed ſolo dei amore.
1. Cor. 9. Sic Apoſtolus inquit. Nam etſi Euangelizauero,
nõ eſt mihi gloria, neceſſitas enĩ mihi incũbit. Væ
enim mihi eſt, ſi nõ euãgelizauero. Si enim uolens
hoc ago mercedẽ habeo, ſi aũt inuitus facio, diſpẽ
ſatio mihi credita eſt. Sic idẽ Apoſtolus ait. Vnuſ=
2. Cor. 9. quiſq; ꝑut deſtinauit in corde ſuo non ex triſticia
aut ex

aut ex neceſsitate .ſ. eleemoſynã largiatur. Ita ad dominum Dauid ait. Voluntarie ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo, quoniã bonum eſt. Sanè intelligẽs nullum deo gratũ eſſe obſequiũ, niſi quod ſit uoluntariũ. Q V A R T O, *ut & ipſi deo imprimis offeramus par turturũ, id eſt, cor caſtũ & mœſtum pro peccatis, quoniã turtures uiduatæ ꝑpetuo deinde caſtæ mœrent, ac lugẽt, nec de aqua clara bibunt, nec ſup uiridi frõde ſedent. Ita & nos pro peccatis dolere debemus, & ab ijs deinde abſtinere, alieni ab omni carnali uoluptate, huiuſmodi deus oblationẽ proculdubio gratiſsimã habet, propheta dicente.* S A C R I F I C I V M *deo, ſpiritus contribulatus, cor contritum & humile deus nõ deſpicies. Ita nimirũ non modo turtures deipara uirgo obtulit, ſed & ipſa turturis adeò perſimilis fuit, ut caſta & ante & poſt partũ, ita uixerit, ut merito Maria, id eſt, ſtella maris, ꝓpter ſui puritatem & caſtitatẽ appellari cœpit, Stella, inquã, non ſimplex, ſed ſtella maris, quoniã, ut ſtella maris ſita eſt immobiliter iuxta polũ articũ, & ei cæteris ſtellis ꝓpinquior & lucidior, ſeptentrionem reſpiciẽs, occiduis partibus nõ occidens lucis ſuæ radiũ liberaliter ſemper ſpargit, ita uirgo Maria polo immobili .i. deo, in quo uiuimus, mouemur & ſumus, oĩbus ſanctis eſt & angelis pfectione et*

Pſal. 53. Pſal. 50. Act. 17.

authoritate propinquior, quia ſup oẽs choros angelorũ exaltata ſemp ſuo radio maternæ charitatis ad Septentrionẽ reſpiciens, occiduis partibus, id eſt, peccatoribus eã implorantibus, nunquã occidit, id eſt, radios ſuæ gratiæ nunquã denegat, & nõ modo, ut ſtella maris, nauigãtes in periculo huius mundi ſuarum uirtutũ ſplendore ad portũ ſalutis dirigit, ſed & periclitãtes ſua interceßione adiuuat. Sicut enĩ filius non iuſtos, ſed peccatores uo
1. Timo. 1. *care uenit ad pœnitentiã, ita & mater filij, peccatores reſpicit, ſeq; eis aduocatã ad filium præbet. Si qs igitur eſt, fratres, in periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, inuocet Mariã, cogitet Mariam, nõ recedat ab ore, nõ diſcedat à corde. Et ut impetret eius oratiõis ſuffragiũ, nõ deſeret eius cõuerſationis exemplũ, tũ fiet, ut certò filius matrẽ ſit exauditurus, & filiũ pater, qui Mariæ uel ideo magna fecit, quod ipſam nõ modo filio ſuo matrẽ ex*
Luc. 1. *omnibus, ſed & nobis uniuerſis matrẽ & mediatricem apud filium ſuum elegit & exhibuit.*

EXCELLENTIAM MARIAE DEIPARAE PATERE EX STATV VITAE, QVO FVIT S. VIRGINITATIS, ET HVNC ESSS PRAECIPVVM. CAPVT VIII.

ORATO-

ORATORES quoq; non parum ad pſonæ commendationē facere phibent, ſi illa in ſtatu quopiā hoīm excellentiore ſit conſtituta, nō dubitātes hoc illam eſſe meliorē, quo melior eſt ſtatus. Iam uero liquet triplicē in hominibus eſſe ſtatū, Coniugum, qui fructum triceſimū bonorum operū hoc in mūdo ſunt adſequuti. Viduarū, quæ ſexageſimū bonorum operum fructū, quū hanc duxere uitā, ſunt adeptæ, uirginū, quæ centeſimū hic uiuētes bonorum operū fructū ſunt nactæ. Quia modo (ut eſt in Euāgelio) triceſimus fructus cōiugatis, Sexageſimus uiduis, & cēteſimus uirginibus à ſanctis authoribus eſt adſignatus, facile claret, ſtatū uirginitatis eſſe ceterꝭ eminentiorē. Qui enī (ſcribit Apoſtolus) parcè ſeminat, parcè & metet. EST aūt uirgo, homo oīs rei ueneree ſecundū ꝓpoſitū tā corpore quā mente expers, ſuis certis cōditionibus uirtutibusq; adornatus. Qua in definitione intelligim⁹ ad uirginē attinere. PRIMO, ut ex propoſito nō coacte ſeruet uirginitatē. Siquidem dominus in Euāgelio dūtaxat eos cōmendet Eunuchos, qui ſeipſos, id eſt, uoluntarie propter regnū cœlorū caſtrarūt, quales hortatur nos fore, dicēs. Qui poteſt capere capiat, nō eos q de matris ute=

Matt. 13. Mar. 4.

2. Cor. 9.

Matt. 19. Mar. 19. Lucæ. 18.

ro ſic nati ſunt, nec qui facti ſunt ab hominibus.
Interim tamẽ, qui ex uoto adſtricti ſunt ad uirginitatẽ, uolũtariè quoq; & uerè uirgines eſſe poſſunt, utpote ante & poſt uotũ uoluntate in illam uirginitatẽ conſentiẽtes, & in eo uoto gaudentes
l. ſi mulier. §. Si metu. ff. Quod me tus. *ex aĩo, quãdoquidem uolũtas coacta ſit eo modo uolũtas. Sic tãetſi Apoſtolus ad Euãgelizandum tenebatur, quia tamẽ id ipſum faciebat uolũtariè, mercedẽ recepit. Euãgelizauit igitur ex officio coactus nõ autẽ cõtra uoluntatẽ, qa neceſsitati libẽ*
1. Cor. 19. *ter cõſenſit, dicens. Nã etſi Euãgelizauero nõ eſt mihi gloria. Neceſsitas enĩ mihi incũbit, Væ enim mihi eſt, ſi nõ Euangelizauero. Si enĩ uolens hoc ago, mercedẽ habeo, ſi aũt inuit⁹, diſpẽſatio mihi credita eſt. Et niſi res ita haberet, nemo quicquã bo*
Matt. 16. *nis opibus, ad quæ ſumus obligati, mereretur. Et tamẽ Chriſtus ſe ait ſub extremo iudicio unicuiq; ſecundũ opera eius redditurũ. Et Paulus ait, Itaq;*
1. Cor. 15. *fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundãtes in omni opere domini, ſẽp ſciẽtes, qđ labor ueſter nõ eſt inanis in domino.* SECVNDO, *ut ne dũ corpore ſit incorruptus ſed & mẽte, ita ut ne cõcupiſcat quidẽ habere rem uenereã, quãdo alioqui corã deo fornicator ſit, domino dicẽte. Ego autẽ dico uobis, quia oĩs, qui uiderit mu*
Matt. 5. *lierẽ ad cõcupiſcendum eã, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Neq; enĩ, qa uirginitas eſt, ſed quia deo*

dicata eſt, honoratur uirginitas, quæ licet in carne ſeruetur, ſpiritus tamē religiōe ac deuotiōe ſeruatur. Ac per hoc ſpiritalis etiā uirginitas corporis, quā uouet & ſeruat continētia pietatis. Sicut enī nemo impudico utitur corpore, niſi ſpiritu prius cōcepta neqcia, ita nemo pudicitiā ſeruat in corpore, niſi ſpiritu prius inſita caſtitate. Mox itaque ubi homo cōcipit ſe uelle corrūpi re uenerea ſi poſſet, uirginitatē cordis amiſit. Et hoc eſt, qd' Iacobus ait. unuſquiſq; uero tentatur à cōcupiſcentia ſua, abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cū conceperit parit peccatū, peccatū uero cū conſumatū fuerit, generat mortē. Id qd' totū intelligas de firmo cōceptu, qd' idē eſt de re aliqua firmū ꝓpoſitum. TERTIO, *qd' uirgo habeat ſuas certas cōditiones & uirtutes, ſine qbus uirginitas eſt mortua, uti fides ſine opibus.* Nō *enim uirginitatis ſeu caſtitatis gratia ſolū à gignendis liberis abſtinere ſed uita oīs Chriſtianæ modeſtiæ adcōmodata, uirginitatē habere uidetur. Nā & ſermone laſciuire, & oculo licētiore uagari, & auditu inhoneſto labefactari, & corde p cogitationē prauā contaminari, & præter modū in cibo potuq; ſe inuitare, à ꝓpria pudicitia & tēperantia excidere fuerit. Qui enī ſeſe (inquit* Baſilius *magnus) in omnibus uitæ partibus incorruptū continentēq; cuſtodierit, is*

Iacobi.1.

Iacobi.2.

uere pſctũ uirginitatis munus eſt adeptꝰ. Et ſanè (ſi rem penitus trutinauerimus) poterit uirginitas uel ideo nõ abſurde lilio cõparari. quoniã liliũ ſex habet folia, qbus granũ, qd' eſt intus, circũitur, ſic uirginitas ſex habet cõditiones & uirtutes, quibus cuſtoditur et pficitur, quæ uidẽtur ſub hiſce uerbis
Eſa. 47. *Eſaiæ intelligi, Deſcẽde, ſede in puluere, uirgo filia Babylonis, nimirũ ſingulæ dictiões ſubindicãt ſingulas uirginitatis cõditiones uirtuoſas.* PRIMO *quidẽ uirgo debet deſcẽdere. ſ. in ſe. i. humiliari, nõ alte ſapere, nec de uiribꝰ præſumere, nec ſup alios ſe efferre, ſed potius ad ſuæ fragilitatis cõſiderationẽ deſcẽdere, & uirginitatẽ ſuã deo humiliter cõmendare, mẽor uirginitatẽ ſingulariter non*
Sap. 8. *niſi à deo dari, Solomone dicẽte. Nõ ero continẽs niſi deus det. Et ſic inqt Auguſt. Non ſolũ prædicandã eſſe uirginitatẽ, ut ametur, uerũetiã admonendã ne infletur, ſiquidẽ ſingulare ſit dei donũ. Placet, ait Bernardus, deo illa aĩa, in qua uirginitatẽ commẽdat humilitas, & in qua humilitatẽ exornat uirginitas.* SECVNDO *uirgo, ſedeat, id eſt, domi maneat, ſit quieta, non hinc inde uagetur, choris & multiloquijs deſeruiens, quãdoquidem ſæpe uinũ in æſtate motum corrũpitur, ſed quietum in fecibus puritate cõſeruatur. Sic nimi-*
Pſal. 118. *rum multæ uirgines, ſi domi manerẽt, abſtinẽtes à mũdi illecebris & ſpectaculis nõ corrũperentur.*

hinc propheta. Auerte oculos, ne uideā̃t uanitatẽ Pſal. 118.
Exẽplo eſt Dyna, *filia Iacob, quæ uadens ac uolẽs uidere mulieres regionis, ab* Emor *ignominioſe* Gene. 34.
fuit corrupta, unde non uulgaris eſt ſequuta clades. hinc apoſtolus increpat uiduas adoleſcẽtiores 1. Timo. 5.
quæ ocioſæ diſcunt domos circumire, & uerboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet. TERTIO *ſedeat uirgo in puluere, id eſt, uiuat in aſperitate & afflictione, corpus non delicijs nutriẽs, ſed per pœnitentiam macerans. ſiquidem ut in mundo bonitas, in multiloquio ueritas, in diuicijs charitas, ſic uirginitas periclitari ſolet in delicijs, cuiuſmodi plærunq; ſunt ſplendide cibari & ueſtiri. Virgo quidem abeſſe debet à crapula & ui* Ephe ſ. 5.
no, in quo eſt luxuria, itemq; non in corpore plurimum ſed anima ornari. Omnis enim eius gloria Pſal. 44.
ab intus eſſe debet, cecinit propheta. Mulierum quoq; ait Petrus, non ſit extrinſecus capillatura, 1. Petri. 3.
aut circundatio auri, aut indumenti ueſtimentorũ cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in deo ornabant ſe. QVARTO *uirgo ſit uirgo, id eſt, ſterilis in poſſeſsione rerum temporalium huius mundi, quo niam uix poteſt eſſe quis diues et uirgo, quum ſeſe*

diuitiis ſequantur ſuperbia & luxus, unde uirginitatis corruptio. Sic Paulus inquit, qui uolunt
1. Timo. 6. diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua quæ mergũt homines in interitum & perditionẽ, Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.

QVINTO debet uirgo eſſe filia, id eſt, libera
Ioan. 8. non ſerua, id eſt, non debet acquieſcere peccato,
Rhom. 6. cui qui ſeruit, non liber eſt ſed ſeruus diaboli. Qualis
1. Cor. 7. ne ſit uirgo, debet ſemper cogitare, quæ domini ſunt, nõ quæ huius mundi, debetq; cauere à malo conſortio, ad peccatum inuitante, memor pro-
Pſal. 17. phetæ dicentis, cum ſancto ſanctus eris, cum peruerſo peruerteris, quæ inde malam adipiſcatur famam, quæ res omnium eſt peßima. SEXTO debet eſſe filia Babylonis, id eſt, confuſionis & uerecundiæ & timiditatis. Vix enim in uirgine pulchrius uerecundia, quæ non ſolum in factis ſed etiam in ipſis ſpectatur geſtibus ac ſermonibus, ut ne quis modum progrediatur loquendi, & ne quid ſermo indecorum reſonet, & ne geſtus quid laſciuiæ præſeferat. Sic Suſanna quondam in periculis
Daniel. 13. tacuit, grauius uerecundiæ quàm uitæ damnũ putans, nec arbitrata periculo pudoris ſuam tueri ſalutem, deo ſoli loquebatur, cui poterat caſta uerecundia eloqui, refugiebat ora intueri uirorum.

Eſt enim

Eſt enim & in oculis uerecundia, ut nec uidere ui ros fœmina nec uideri uelit. Et eſt ſanè uerecundia caſtitatis comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tuti or eſt. deniq; & uirgo ſit filia Babylonis, id eſt, ti moris, ſemper enim timeat ſuam perdere uirgini tatem, quæ ut res præcioſiſsima, difficilis eſt cuſto ditu, & ſemel amiſſa recuperari à nullo poteſt. un de propheta, uirgo Iſrahel inquit, proiecta eſt in terram, nullus eſt, qui ſuſcitet eam. Amos. 5. *Quæ proinde uirginitas hiſce eſt decorata uirtuoſis conditioni bus, uera nimirũ eſt uirginitas, & omnium uirtu tũ facile excellentiſsima.* PRIMO, *quia deus primũ hominẽ in uirginitate .ſ. ex mera terra cre aucrit, quẽ, quia omnipotẽs ille eſt, alio modo cre are potuit.* Gene. 2. Sapiẽ. 10. SECVNDO, *quia excellẽtiſsima quæq; per uirgines fieri uoluit. Siquidem prophe tas pleroſq; omnes uirgines de ſe deq; ſuis myſte rijs diuinis uaticinari, filium ſuum Ieſum per uir ginem Ioannem Baptiſtam denũciari, & ab eo illi uiam præparari, Eundem filium ſuum ex uirgine Maria naſci, eundemq; uirginem permanſurum, ipſamq; deiparã uirginem poſt Ieſu mortem uirgi nis Ioannis Euãgeliſtæ cuſtodiæ tradi, Apoſtolos uel uirgines uel cœlibes (reliquere enim uxores & omnia, quæ habuerunt) ſuum prædicare Euan gelium uoluit.* Math. 3. Marc. 1. Lucæ. 3. Ioan. 19. Math. 19. Marc. ult. Math. ult. TERTIO, *quia difficillimum*

ſit eſſe & manere uirginem, ſed pulchra, quæ diffi
1·Cor·7· cilia, ideoq; propter eius arduitatem Paulus dicit
Sapien·8· ſe de uirginitate nullum habere præceptum· Et So
lomon cenſuit eam ſingulariter à deo dari oporte
re, quomodo enim, inquit, contineam, niſi deus de
derit ·ſ· ſingulariter· Tam enim ardua & difficilis
uirtus eſt uirginitas, ut pene non hominis credatur
eſſe, in carne eſſe præter carnẽ, quod uirgo facit,
ſed angelorum· QVARTO, quoniam & il
lam Aethnici ſingulariter dilexerunt ſolo naturæ
Gel·li·6·c·8· inſtinctu· Sanè ſcribit Gellius Alexandrum cogno
mine magnum uetuiſſe, uicti hoſtis Darij uxorem
T·Liuius·libro 6·ſecũ·bel·Pun· facie inclyta mulierem in conſpectum deduci, ut
eam ne oculis ſuis quidem contingeret· Sic & Sci
pio Aphricanus in Hiſpania, cum inter captiuas
Frontinus·lib·2·ca·11· eximiæ formæ uirgo nobilis ad eum perducta eſſet
quæ omnium oculos in ſe conuerteret, ſumma cu=
Vale·li·4·ca·3·de Cõ=tinentia· ſtodia habita, ſponſo nomine Luceio intactam red
didit, ac patri eius nobili· Sic quoq; Valer· ſcribit
Druſum Germanicum Veneris uſum intra cõiugis
charitatem tenuiſſe clauſum· Eius quoq; uxor
Antonia, eodem ſcribente, poſt ipſius mortem for
ma & ætate florens caſtiſsimè uixit· Sic Hyppoli
Virg·7·æneid· tus caſtiſsimus adoleſcens antequàm nouercali libi
dini pareret, iram patris offendere maluit· Ita quo
q́ue adoleſcẽs quidam Athenis antequàm libidini
nephandæ

nephandæ cõſentiret, maluit ſe in feruentis aquæ lacum proijcere, uitam adſpernatus ut pudicitiam tueretur. Simile tradit Liuius & Valer. de Lucretia Rhomana. Sic Eſſenij gens in Syria non procul ab Aſphaltitæ lacu, Cælibes & ſine mulierum cõmertio & omni uenere abdicata uitam agitaſſe dicuntur. Renaſcebatur gens alioqui interitura conuenarum turba. Siluerim exempla hoc genus alia plura, quibus conſtat & Ethnicos uirginitatem, caſtitatemq; continuiſſe. Quid igitur impudentiſſimi noſtræ tempeſtatis apoſtatæ ad hæc reſpondeãt, qui cum impuriſſimi ſint, uirginitatem, ut nullius frugi, & impoſſibilem ſeruatu damnant & alios ab ea dehortantur? QVINTO, *qđ uirgines plærunq; ceteris ingenio præſtant & memoria, tũ quod libido ſua natura obtũdat ingenij memoriæq; uires, hinc & multi philoſophi olim caſti & Cælibes uictitarunt, tum quod ſapiẽtia ſpiritusſancti in maleuolã animam non introeat, nec habitat ĩ corpore peccatis ſubdito, cuiuſmodi eſt corpus libidinoſi hominis.* SEXTO, *quoniã uirgines præ cæteris à deo aureola, & præmio maiore donantur. Dominus quidem per Eſaiã promittit Eunuchis ſpiritualibus ſe daturum locum in muris ſuis, & nomen melius præ filijs & filiabus, nomen, inquam, ſempiternum, quod non peribit.*

Plutarc. in uita Deme.
Vale. lib. 6. ca. 1.
Pli. li. 5. ca. 17.
Sapi. 1.
Eſaiæ. 56.

Apoc. 17. *Etſi quoq; Apocalypſis tradit uirgines canere can*
ticum nouum ante thronum dei, quod nemo alius
1. Cor. 7. *cantare poßit, & ſequi agnum quocunq; ierit.*
Cuius rei gratia uirginitas potißimum non autem
uitandi matrimonij cauſa eſt petenda. SEPTI
Math. 22. MO, *quia uirgines ſanctiora ſemper & cœleſtia*
Lucæ. 20. *cogitant. Perhibet enim Paulus uirginem cogitare*
quæ dei ſunt, & quomodo placeat deo, non etiam
ſic uxoratos. OCTAVO, *quia uirgines ange*
lis ſunt ſimillimæ, ut qui nec nubant nec nubẽtur.
Tranſeo reliqua, quibus non obſcure percipimus
uirginum ſtatum eſſe cæteris ſtatibus eminentio=
rem, indeq; intelligimus deiparam Mariam fuiſſe
omni & eſſe dignißimam laude, quoniam conſu=
matißima uirgo fuerit. PRIMO, *quia non co*
acta ſed ſpõtanea uirgo, quum ſua ſponte uirgini
tatem ante annunciationem angelicam uouerit,
Lucæ. 1. *inquiens, quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non*
cognoſco. Quod non diceret, niſi deo uirginem
ſe ante uouiſſet. SECVNDO, *quod mente*
uirgo fuerit, quando, ut ex uerbis eius patet, actũ
Lucæ. 1. *ueneris nunquàm optarit.* TERTIO, *quia*
humillima fuerit, quæ utcunq; iam eſſet dei mater
Lucæ. 1. *reginaq; cœli ex omnibus electa, ſe ancillã & non*
aliud appellauit, dicens. Ecce ancilla domini, quæ
Lucæ. 1. *& deinde ad Eliſabetam ait. Quia reſpixit domi=*
nus hu=

nus humilitatem ancillæ ſuæ· QVARTO, quia ſedit, id eſt, in domo quieta in opere manſit· ut ex uerbis Euangeliſtæ intelligimus, qui ait· Et ingreſſus angelus ad eam ·ſ· Mariam in cubiculo & orario ſuo degentem·Sic & deinde ad Eliſabetam feſtinaſſe traditur, & cum illa quaſi tribus menſibus manſiſſe, & inde domum eſſe reuerſam· QVINTO, in puluere ſedit, id eſt, anxia propter amiſſum, propter pacientem filium, quæ & poſt aſcenſionem cum diſcipulis in templo perſeuerauit, orans· SEXTO, fuit pauper rerum temporalium, adeò, ut filium ſuum primogenitum non in ſericeas tapetas ſed pannis inuoluit, in præſepio ponens: quæ & in purificatione non agno, uti diuites, ſed pari turturum more legis filiũ maſculum ſuum redemit· SEPTIMO, quoniam fuit libera, id eſt, nulli peccato ſeruiens, de qua ſpiritus ſanctus in Canticis· Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, ut quæ nec malo conſortio ſed ſanctis uirgũculis in templo (ut dudum diximus) ſociata fuerit· OCTAVO, quia fuit filia Babyloniæ, id eſt, timoris & uerecundiæ pleniſſima, ſuæq; caſtitatis cuſtos diligentiſſima· Nonne enim · uerecundia eſt Mariæ multo maxima, quod ingreſſo ad eam angelo ipſa fuerit in cubiculo, & quidem ſola, quod ſalutata ab an-

Act·1·

Lucæ·2·

Exo·34·

Deut·15·

Leuit·5·12·

Cant·4·

gelo tacuerit, & pturbata introitu angeli fuerit, & ad uirilis ſexus ſpeciẽ peregrinam aſpectus eius pinde obſtupuerit· quæ etſi humilis eſſet, præ uerecũdia tamẽ non reſalutauit, non reſpõdit, niſi ubi de ſuſcipienda domini generatione cognouit, ut qualitatem effectus diſceret, non ut ſermonem refelleret· Quàm uero eadem ex legatione illa dominica & angelica ſit excellens habita & magnificata, ſequens noſtræ Homili*æ pars ſubindicatura eſt·* I*am ex parte, prout potui, non ut debui, uirginis* M*ariæ dignitatem oſtendi, quoniam in eminẽtiſsimo ·ſ· uirgineo ſtatu hominum fuerit·*

DIVAM VIRGINEM MARIAM AGNOSCI EXCELLENTISSIMAM EX ANGELICA ILLA ADEOQVAE DOMINICA LEGATIONE· CAP· IX·

QVI IN *literis ſunt tam ſanctis quàm prophanis exercitati, quique rerum pericia pollent, ac negocijs Cæſarum, regum, principum, hocq; genus Satraparum & potentatuum interfuere, proculdubio didicerunt, eam eſſe & haberi excellentem perſonam, ad quam*

ad quam eximia & excellens deſtinatur legatio. Iam quis diua uirgine Maria uel ideo exiſtimabitur excellentior, ad quā peruenit legatio omnium multo excellentiſſima & maxima. Siquidem quæ omnibus conſtet numeris, qui ad conſumatiſſimā legationem pertinere dignoſcuntur. Sanè eam dicimus excellentem eſſe legationē, quæ tribus potiſſimum cōſtat, utpote ſi excellens ſit, qui legat, ſi excellens ſit cauſſa ob quā legat, & excellens denique qui legatur. Atque hæc tria in legatione ad diuā uirginem Mariā excellentiſſima fuere. QVIS *enim ad illam mittit ſeu legat? Nimirum deus. Ait enim* Euangeliſta. *In menſe autem ſexto. ſ. ab Elizabetæ conceptu, miſſus eſt angelus* Gabriel *à deo ad uirginem &c.* At *quantus eſt deus, quanque excellens? Vtique tantus, ut illi nemo nec in cœlis nec in terris nec in inferis uel tantillū cōparari poſſit, ut qui cœli terræque creator cœlum & terram regit, ſuaque maieſtate cœlum & terrā implet, quique ſolus eſt rex regum, & dominus dominantiū. Cuius gloriam, uirtutem & potentiam, & magnitudinem nemo, propheta teſte, eſt enarraturus, utpote cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuerſi, qui habitant in eo.* Non *utique legatum mittit quilibet princeps, quilibet dux, quilibet rex uel* Imperator, *etiam in terris maxi-*

Lucæ.1.
Gene.1.
Iudith.9.
Hiere.23.
1.Timo.6.
Apoc.19.
Pſal.144
Pſal.23.

mus & potentiſsimus, ſed ille deus, inquam, mit-
Pſal. 101. *tit, quem omnes reges terræ ac principes timent*
ac uenerantur, cuius maieſtatem Angeli & Arch
angeli ſimulq; dominationes laudant & adorant
& tremunt poteſtates. Itemq; cœli, cœlorũq; uir
tutes ac beata Seraphin concelebrant. Cuius glo-
Eſa. 6. *ria pleni ſunt cœli & terra, quandoquidem ipſe*
deus omni uirtute ſit immenſus, infinitus & æter-
Pſal. 144. *nus. Cuius regnum eſt omnium ſeculorum, & eius*
dominatio in omni generatione & generationem.
Si igitur quiſpiam explorare uoluerit, quantus ſit
& qualis, à quo ſit legatus ad uirginem Mariam
miſſus, cogitet ille quamlibet magnum, quamlibet
bonum poteſt, & dicat deum melius eſſe illo non
in decuplum ſed planè in infinitum. Siquidem cu-
ius magnitudinẽ nullus ſit explicaturus, nec ſatis
collaudaturus eius magnificentiam, ſcriptura di-
cente. Multa dicimus & deficimus uerbis, conſu-
Eccle. 43. *matio autem ſermonũ ipſe eſt. In omnibus glorifi-*
cantes ad quid ualebimus? Ipſe enim omnipotens
ſuper omnia opera ſua. Terribilis dominus & ma
gnus uehementer, & mirabilis potentia ipſius.
Glorificantes dominum, quantumcunq; poteritis
ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia
eius. Benedicentes dominum quantumcunq; po-
tueritis, ſuperualebit adhuc, exaltate illum quan-
tum

tum poteſtis, maior eſt enim omni laude. Ne *laboretis, non enim comprehendetis. Tantus igitur eſt, qui miſit ad* Mariam *uirginem legatum.* MODO *uideamus quis ab eo deo. ſ. Max. ſit legatus?* Reſpondet *idem* Euãgeliſta, *miſſus eſt angelus* Gabriel. *Nimirum ait, Angelus eſt miſſus, non homo, uel quamlibet magnus* Theologus, Philoſophus, Iuriſconſultus, *orator, poeta, princeps, aut quiſpiam alius. Quis aut quantus eſt angelus?* Maior *utiq; quolibet homine poſt* Mariam, *maior uirtute & ſcientia omni* Theologo, *omni* Philoſopho, *omni* Iuriſconſulto, *omni* Oratore, *omni* Poeta, *omni deniq; principe, utpote omni poſt* Mariam *creatura præſtantior, ut ſatis ex eius patet definitione, quæ ita habet.* ANGELVS *ſpiritus eſt ſubſtantia incorporea, inuiſibilis, ſenſibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impaſſibilis. Hæc* Auguſtinus *libro de cognitione ueræ uitæ c. 6.* Sanè *angelus cuncta nobis occulta patenter noſcit, & omnes rerum cauſſas, antequam eueniunt, præſcit.* Nos *uero nõ niſi magno labore eas inueſtigamus, poſtquam res in actu conſtant.* Angeli *autem dignitas & pulchritudo inter cætera, quæ hic ob breuitatem tranſeo, ſingulariter intelligitur.* PRIMO *ex officio, quod eſt, ut angelus dei* Opt. *ſecreta denun-*

Angelus

ciet nobis, idemq; illi miniſtret & ſeruiat, quod utique regnare eſt, deo ita (ut angeli) ſeruire. Nonne enim, inquit Apoſtolus, omnes ſunt administratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? Hinc alibi diabolo per Chriſtum depulſo, angeli perhibentur acceßiſſe ei & miniſtraſſe. SECVNDO ex loco peculiari angelo, qui eſt cælum. Vnde Chriſtus. Dico enim uobis, inquit, quia angeli eorum in cælis ſemper uident faciẽ patris mei, qui in cælis eſt. O quàm excellens dignitas & uerè unica beatitudo, eſſe in cælis & uidere faciem dei opt. ſcilicet non in ſpeculo & ænigmate, ſed reuelata facie ad faciem, unde de Angelis merito ad deum propheta exclamat, dicens. Beati, qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Cuius ſanè beatitudinis & pulchritudinis typum ſolummodo aliàs Apoſtoli tres uidentes exclamarunt. Domine bonum eſt, nobis hic eſſe, ſi uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moſi unum, & Heliæ unum. Cæterum quis angelorum dignitatem & beatitudinem ſatis exprimet, quum in eo ſint loco, ubi id eſt bonitatis, gaudij & fœlicitatis, quod (ut Paulus poſt Eſaiam repetit) nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quò nos omnes cupimus peruenire

Hebr. 1. Matt. 4. Matt. 18. 1. Cor. 13. Pſal. 83. Matt. 17. Mar. 9. Lucæ. 9. Eſa. 64. 1. Cor. 2.

uenire, nec interim niſi inibi ſaciandi, ubi appa= Pſal.16.
ret gloria domini, quam ſine intermiſſione ui=
dent angeli. TERTIO ex poteſtate illi à deo
contra malignos ſpiritus collata, eſt angelus ter=
ræ & eorum hominum qui in terra degunt perpe
tuus cuſtos, Dauide in hæc uerba teſtante. Quo=
niam angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te Pſal.90.
in omnibus uijs tuis, in manibus portabant te ne
forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Super Aſpi=
dem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leo=
nem & draconem. Vnde Ioannes. Ecce ego, in=
quit, Ioannes uidi alterum angelum aſcendentem
ab ortu ſolis habentem ſignum dei uiui, & clama Apoc.7.
uit uoce magna, quatuor angelis, quibus datum
eſt nocere terræ & mari, dicens. Nolite noce=
re terræ & mari, neque arboribus, quoaduſque
ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum.
Quantæ autem pro nobis angelus contra hoſtes
ſit fortitudinis eluceſcit ex eo a gelo, qui pro Iu= 4.Reg.19.
deis contra Senacherib fuit miſſus, qui unica no=
cte in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq;
millia occidit. QVARTO ex narratione, quo=
niã angelus in narrãdo & apparatu maieſtate ſua
hominem facit ſtupeſcere. Sic alibi paſtores tre= Lucæ.2.
muere, uidentes angelum clara luce. Et mulie= Matt. ult.
res quoq; quæritantes Chriſtum in ſepulchro ſtu=

peſactæ ſunt. Sic etiamnum grandis illa Aquila Ioannes Euangeliſta, quæ uerum ſolem irreuerberatis oculis potuit intueri, dicens. In principio erat uerbum &c. Cecidit ante pedes angeli ſecum loquentis, ut eum adoraret, ex magnitudine fulgoris motus & gloriæ. QVINTO *ex comparatione, quoniam luci, qua nihil purius & dignius in creaturis inanimatis, comparantur angeli, qui & ſub nomine lucis creati putantur, deo dicente. Fiat lux, id eſt, angelus. Hinc idem per Iob. Vbi eras dum me laudarent aſtra matutina, id eſt, angeli. Et profectò ubi in ſacris literis rem quampiam per comparationem facere magnã uolumus, ipſam comparamus angelis, id eſt, quibus poſt deum nihil ſit dignius & excellentius. Hinc & Chriſtus eorum, qui in uitam æternam reſurgunt beati, præſtantiã & puritatem ac perfectionem commonſtrans, non cenſuit poſt deum illos præſtabilioribus quàm angelis comparãdos. Sed erunt, inquiens, ſcilicet reſurgentes, ſicut Angeli dei in cælo. Et Paulus pariter Chriſti Ieſu excellentiam probans, illum angelis per comparationem eminentiæ comparat. Tanto, inquiens, angelis melior effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Ex his modo dictis*

Apoc. 19.
Gene. 1.
Iob. 38.
Matt. 22.
Mar. 12.
Luce. 20.
Hebr. 1.

hocq; ge

hocq́ genus perq̄ plurimis, quæ conſulto tranſimus, quis non angelos ſpecioſiſsimos & digniſsimos cenſeat? Quis enim non excellentiſsimos arbitretur eſſe miniſtros eius, qui & pulcherrimus deus eſt & omnipotens idemqúe maximus, qui & ſapientia totus, fecit ſydera uiua in conuexo cælorum, qui tam ſplendidas ſtellas, uita priuatas, in concauo fixit? Quales ſunt æſtimandi, qui ſine fine abſq́ medio faciem diuinam, omneq́ decus proſpiciunt, & uenuſtantur ab eo. Quales putamus eos, quibus ſol & luna deſeruiunt, corporaqúe cœleſtia cuncta prout iubent ad nutum mouentur, Vnde & à Philoſophis motores orbium cœleſtium dicuntur? Quantos arbitremur angelos, inquam, quibus ſolis deus ſua ſecreta ſine medio reuelat, nobis pro opportunitate cōmunicanda? Certe neceſſum eſt, ut ex creaturis nulla ſit alia maior. IAM VERO qualem & quantam putabimus eam, ad quam tanta creatura à deo Max. mittitur? Profectò angelis longe maiorem & digniorem? Sic Iudæi quoniam Ioan. 1.
Ioannem Baptiſtam Maximum, utpote Meſsiam cenſebant, non uulgares ad illum miſerunt homines, ſed de excellentiſsimo ordine. Siquidem miſerunt, inquit Euangeliſta, Iudæi à Hieroſolymis

ſit eſſe & manere uirginem, ſed pulchra, quæ diffi

1. Cor. 7. cilia, ideoq; propter eius arduitatem Paulus dicit

Sapien. 8. ſe de uirginitate nullum habere præceptum. Et So lomon cenſuit eam ſingulariter à deo dari oporte re, quomodo enim, inquit, contineam, niſi deus de derit .ſ. ſingulariter. Tam enim ardua & difficilis uirtus eſt uirginitas, ut pene non hominis credatur eſſe, in carne eſſe præter carnē, quod uirgo facit, ſed angelorum. QVARTO, quoniam & il lam Aethnici ſingulariter dilexerunt ſolo naturæ

Gel. li. 6. c. 8. inſtinctu. Sanè ſcribit Gellius Alexandrum cogno mine magnum uetuiſſe, uicti hoſtis Darij uxorem

T. Liuius. li bro 6. ſecū. bel. Pun. Frontinus. lib. 2. ca. 11. Vale. li. 4. ca. 3. de Cō tinentia. facie inclyta mulierem in conſpectum deduci, ut eam ne oculis ſuis quidem contingeret. Sic & Sci pio Aphricanus in Hiſpania, cum inter captiuas eximiæ formæ uirgo nobilis ad eum perducta eſſet quæ omnium oculos in ſe conuerteret, ſumma cu ſtodia habita, ſponſo nomine Luceio intactam red didit, ac patri eius nobili. Sic quoq; Valer. ſcribit Druſum Germanicum Veneris uſum intra cōiugis charitatem tenuiſſe clauſum. Eius quoq; uxor Antonia, eodem ſcribente, poſt ipſius mortem for ma & ætate florens caſtiſſimè uixit. Sic Hyppoli

Virg. 7. æneid. tus caſtiſſimus adoleſcens antequàm nouercali libi dini pareret, iram patris offendere maluit. Ita quo qúe adoleſcēs quidam Athenis antequàm libidini nephandæ

nephandæ cõſentiret, maluit ſe in ferruentis aquæ lacum proijcere, uitam adſpernatus ut pudicitiam tueretur. Simile tradit Liuius & Valer. de Lucretia Rhomana. Sic Eſſenij gens in Syria non procul ab Aſphaltitæ lacu, Cælibes & ſine mulierum cõmertio & omni uenere abdicata uitam agitaſſe dicuntur. Renaſcebatur gens alioqui interitura conuenarum turba. Siluerim exempla hoc genus alia plura, quibus conſtat & Ethnicos uirginitatem, caſtitatemq; continuiſſe. Quid igitur impudentiſsimi noſtræ tempeſtatis apoſtatæ ad hæc reſpondeãt, qui cum impuriſsimi ſint, uirginitatem, ut nullius frugi, & impoſsibilem ſeruatu damnant & alios ab ea dehortantur? QVINTO, qđ uirgines plærunq; ceteris ingenio præſtant & memoria, tũ quod libido ſua natura obtũdat ingenij memoriæq; uires, hinc & multi philoſophi olim caſti & Cælibes uictitarunt, tum quod ſapiẽtia ſpiritus ſancti in maleuolã animam non introeat, nec habitat ĩ corpore peccatis ſubdito, cuiuſmodi eſt corpus libidinoſi hominis. SEXTO, quoniã uirgines præ cæteris à deo aureola, & præmio maiore donantur. Dominus quidem per Eſaiã promittit Eunuchis ſpiritualibus ſe daturum locum in muris ſuis, & nomen melius præ filijs & filiabus, nomen, inquam, ſempiternum, quod non peribit.

Plutarc. in uita Deme. Vale. lib. 6. ca. 1. Pli. li. 5. ca. 17. Sapi. 1. Eſaiæ. 56.

Apoc. 17. *Etſi quoq; Apocalypſis tradit uirgines canere canticum nouum ante thronum dei, quod nemo alius*
1. Cor. 7. *cantare poßit, & ſequi agnum quocunq; ierit. Cuius rei gratia uirginitas potißimum non autem uitandi matrimonij cauſa eſt petenda.* SEPTI
Math. 22. MO, *quia uirgines ſanctiora ſemper & cœleſtia*
Lucæ. 20. *cogitant. Perhibet enim Paulus uirginem cogitare quæ dei ſunt, & quomodo placeat deo, non etiam ſic uxoratos.* OCTAVO, *quia uirgines angelis ſunt ſimillimæ, ut qui nec nubant nec nubētur. Tranſeo reliqua, quibus non obſcure percipimus uirginum ſtatum eſſe cæteris ſtatibus eminentiorem, indeq; intelligimus deiparam Mariam fuiſſe omni & eſſe dignißimam laude, quoniam conſumatißima uirgo fuerit.* PRIMO, *quia non coacta ſed ſpōtanea uirgo, quum ſua ſponte uirginitatem ante annunciationem angelicam uouerit,*
Lucæ. 1. *inquiens, quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco. Quod non diceret, niſi deo uirginem ſe ante uouiſſet.* SECVNDO, *quod mente uirgo fuerit, quando, ut ex uerbis eius patet, actū*
Lucæ. 1. *ueneris nunquàm optarit.* TERTIO, *quia humillima fuerit, quæ utcunq; iam eſſet dei mater*
Lucæ. 1. *reginaq; cœli ex omnibus electa, ſe ancillā & non aliud appellauit, dicens. Ecce ancilla domini, quæ*
Lucæ. 1. *& deinde ad Eliſabetam ait. Quia reſpixit dominus hu-*

nus humilitatem ancillæ ſuæ. QVARTO, quia ſedit, id eſt, in domo quieta in opere manſit. ut ex uerbis Euangeliſtæ intelligimus, qui ait. Et ingreſſus angelus ad eam .ſ. Mariam in cubiculo & orario ſuo degentem. Sic & deinde ad Eliſabetam feſtinaſſe traditur, & cum illa quaſi tribus menſibus manſiſſe, & inde domum eſſe reuerſam. QVINTO, in puluere ſedit, id eſt, anxia propter amiſſum, propter pacientem filium, quæ & poſt aſcenſionem cum diſcipulis in templo perſeuerauit, orans. SEXTO, fuit pauper rerum temporalium, adeò, ut filium ſuum primogenitum non in ſericeas tapetas ſed pannis inuoluit, in præſepio ponens: quæ & in purificatione non agno, uti diuites, ſed pari turturum more legis filiũ maſculum ſuum redemit. SEPTIMO, quoniam fuit libera, id eſt, nulli peccato ſeruiens, de qua ſpiritus ſanctus in Canticis. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, ut quæ nec malo conſortio ſed ſanctis uirgũculis in templo (ut dudum diximus) ſociata fuerit. OCTAVO, quia fuit filia Babyloniæ, id eſt, timoris & uerecundiæ pleniſſima, ſuæq; caſtitatis cuſtos diligentiſſima. Nonne enim uerecundia eſt Mariæ multo maxima, quod ingreſſo ad eam angelo ipſa fuerit in cubiculo, & quidem ſola, quod ſalutata ab an=

Act. 1.
Lucæ. 2.
Exo. 34.
Deut. 15.
Leuit. 5. 12.
Cant. 4.

gelo tacuerit, & pturbata introitu angeli fuerit, & ad uirilis ſexus ſpeciē peregrinam aſpectus eius pinde obſtupuerit· quæ etſi humilis eſſet, præ uerecūdia tamē non reſalutauit, non reſpōdit, niſi ubi de ſuſcipienda domini generatione cognouit, ut qualitatem effectus diſceret, non ut ſermonem refelleret· Quàm uero eadem ex legatione illa dominica & angelica ſit excellens habita & magnificata, ſequens noſtræ Homiliæ *pars ſubindicatura eſt·* Iam ex parte, prout potui, non ut debui, *uirginis* Mariæ *dignitatem oſtendi, quoniam in eminētiſſimo ·ſ· uirgineo ſtatu hominum fuerit·*

DIVAM VIRGINEM MARIAM AGNOSCI EXCELLENTISSIMAM EX ANGELICA ILLA ADEOQVAE DOMINICA LEGATIONE· CAP· IX·

QVI IN *literis ſunt tam ſanctis quàm prophanis exercitati, quique rerum pericia pollent, ac negocijs Cæſarum, regum, principum, hocq; genus Satraparum & potentatuum interfuere, proculdubio didicerunt, eam eſſe & haberi excellentem perſonam, ad quam*

ad quam eximia & excellens deſtinatur legatio. Iam quis diua uirgine Maria uel ideo exiſtimabitur excellentior, ad quā peruenit legatio omnium multo excellentiſsima & maxima. Siquidem quæ omnibus conſtet numeris, qui ad conſumatiſsimā legationem pertinere dignoſcuntur. Sanè eam dicimus excellentem eſſe legationē, quæ tribus potiſsimum cōſtat, utpote ſi excellens ſit, qui legat, ſi excellens ſit cauſſa ob quā legat, & excellens deniq; qui legatur. Atq; hæc tria in legatione ad diuā uirginem Mariā excellentiſsima fuere. QVIS *enim ad illam mittit ſeu legat? Nimirum deus. Ait enim* Euangeliſta. *In menſe autem ſexto. ſ. ab* Elizabetæ *conceptu, miſſus eſt angelus* Gabriel *à deo ad uirginem &c. At quantus eſt deus, quanq; excellens?* Vtique *tantus, ut illi nemo nec in cœlis nec in terris nec in inferis uel tantillū cōparari poßit, ut qui cœli terræq; creator cœlum & terram regit, ſuaq; maieſtate cœlum & terrā implet, quiq; ſolus eſt rex regum, & dominus dominantiū. Cuius gloriam, uirtutem & potentiam, & magnitudinem nemo, propheta teſte, eſt enarraturus, utpote cuius eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuerſi, qui habitant in eo.* Non utique *legatum mittit quilibet princeps, quilibet dux, quilibet rex uel* Imperator, *etiam in terris maxi-*

Lucæ.1. Gene.1. Iudith.9. Hiere.23. 1.Timo.6. Apoc.19. Pſal.144 Pſal.23.

mus & potentiſsimus, ſed ille deus, inquam, mit-
Pſal. 101. *tit, quem omnes reges terræ ac principes timent ac uenerantur, cuius maieſtatem Angeli & Archangeli ſimulq; dominationes laudant & adorant & tremunt poteſtates. Itemq; cœli, cœlorũq; uirtutes ac beata Seraphin concelebrant. Cuius glo-*
Eſa. 6. *ria pleni ſunt cœli & terra, quandoquidem ipſe deus omni uirtute ſit immenſus, infinitus & æter-*
Pſal. 144. *nus. Cuius regnum eſt omnium ſeculorum, & eius dominatio in omni generatione & generationem. Si igitur quiſpiam explorare uoluerit, quantus ſit & qualis, à quo ſit legatus ad uirginem Mariam miſſus, cogitet ille quamlibet magnum, quamlibet bonum poteſt, & dicat deum melius eſſe illo non in decuplum ſed planè in infinitum. Siquidem cuius magnitudinẽ nullus ſit explicaturus, nec ſatis collaudaturus eius magnificentiam, ſcriptura di-*
Eccle. 43. *cente. Multa dicimus & deficimus uerbis, conſummatio autem ſermonũ ipſe eſt. In omnibus glorificantes ad quid ualebimus? Ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua. Terribilis dominus & magnus uehementer, & mirabilis potentia ipſius. Glorificantes dominum, quantumcunq; poteritis ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum quantumcunq; potueritis, ſuperualebit adhuc, exaltate illum quan-*
tum

tum poteſtis, maior eſt enim omni laude. Ne labo-retis, non enim comprehendetis. Tantus igitur *eſt, qui miſit ad Mariam uirginem legatum.* MODO *uideamus quis ab eo deo .ſ. Max. ſit legatus?* Reſpondet idem Euãgeliſta, *miſſus eſt angelus* Gabriel. *Nimirum ait, Angelus eſt miſſus, non homo, uel quamlibet magnus* Theologus, Philoſophus, Iuriſconſultus, *orator, poeta, princeps, aut quiſpiam alius. Quis aut quantus eſt angelus?* Maior *utiq; quolibet homine poſt* Mariam, *maior uirtute & ſcientia* omni Theologo, omni Philoſopho, *omni* Iuriſconſulto, *omni* Oratore, *omni* Poeta, *omni deniq; principe, utpote omni poſt* Mariam *creatura præſtantior, ut ſatis ex eius patet definitione, quæ ita habet.* ANGELVS *ſpiritus eſt ſubſtantia incorporea, inuiſibilis, ſenſibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impaßibilis. Hæc Auguſtinus libro de cognitione ueræ uitæ c. 6. Sanè angelus cuncta nobis occulta patenter noſcit, & omnes rerum cauſas, antequam eueniunt, præſcit.* Nos *uero nõ niſi magno labore eas inueſtigamus, poſtquam res in actu conſtant. Angeli autem dignitas & pulchritudo inter cætera, quæ hic ob breuitatem tranſeo, ſingulariter intelligitur.* PRIMO *ex officio, quod eſt, ut angelus dei Opt. ſecreta denun-*

Angelus

ciet nobis, idemq; illi miniſtret & ſeruiat, quod utique regnare eſt, deo ita (ut angeli) ſeruire.
Hebr. 1. Nonne enim, inquit Apoſtolus, omnes ſunt admi-niſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? Hinc alibi
Matt. 4. diabolo per Chriſtum depulſo, angeli perhiben-tur acceſſiſſe ei & miniſtraſſe. SECVNDO ex loco peculiari angelo, qui eſt cælum. Vnde Chri-
Matt. 18. ſtus. Dico enim uobis, inquit, quia angeli eorum in cælis ſemper uident faciē patris mei, qui in cæ-lis eſt. O quàm excellens dignitas & uerè unica beatitudo, eſſe in cælis & uidere faciem dei opt.
1. Cor. 13. ſcilicet non in ſpeculo & ænigmate, ſed reuelata
Pſal. 83. facie ad faciem, unde de Angelis merito ad deum propheta exclamat, dicens. Beati, qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum lauda-bunt te. Cuius ſanè beatitudinis & pulchritudi-
Matt. 17. nis typum ſolummodo aliàs Apoſtoli tres uidentes
Mar. 9. exclamarunt. Domine bonum eſt, nobis hic eſſe, ſi uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moſi unum, & Heliæ unum. Cæterum quis an-
Lucæ. 9. gelorum dignitatem & beatitudinem ſatis expri-met, quum in eo ſint loco, ubi id eſt bonitatis, gau
Eſa. 64. dij & fœlicitatis, quod (ut Paulus poſt Eſaiam repetit) nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in
1. Cor. 2. cor hominis aſcēdit, quò nos omnes cupimus per-uenire

uenire, nec interim niſi inibi ſaciandi, ubi appa- ret gloria domini, quam ſine intermiſsione ui- dent angeli· TERTIO *ex poteſtate illi à deo contra malignos ſpiritus collata, eſt angelus ter- ræ & eorum hominum qui in terra degunt perpe tuus cuſtos,* Dauide *in hæc uerba teſtante·* Quo- *niam angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis, in manibus portabant te ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ·Super* Aſpi- *dem &* Baſiliſcum *ambulabis, & conculcabis leo- nem & draconem·* Vnde Ioannes· Ecce *ego, in- quit,* Ioannes *uidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum dei uiui, & clama uit uoce magna, quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, dicens·* Nolite *noce- re terræ & mari, neque arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum·* Quantæ *autem pro nobis angelus contra hoſtes ſit fortitudinis eluceſcit ex eo a gelo, qui pro* Iu- *deis contra Senacherib fuit miſſus, qui unica no- cte in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq; millia occidit·* QVARTO *ex narratione, quo- niã angelus in narrãdo & apparatu maieſtate ſua hominem facit ſtupeſcere·* Sic *alibi paſtores tre- muere, uidentes angelum clara luce·* Et *mulie- res quoq; quæritantes Chriſtum in ſepulchro ſtu-*

Pſal·16· Pſal·90· Apoc·7· 4·Reg·19· Lucæ·2· Matt· ult·

hocq́; genus perq̃ plurimis, quæ conſulto tranſimus, quis non angelos ſpecioſißimos & dignißimos cenſeat? Quis enim non excellentißimos arbitretur eſſe miniſtros eius, qui & pulcherrimus deus eſt & omnipotens idemqúe maximus, qui & ſapientia totus, fecit ſydera uiua in conuexo cælorum, qui tam ſplendidas ſtellas, uita priuatas, in concauo fixit? Quales ſunt æſtimandi, qui ſine fine abſq; medio faciem diuinam, omneq́; decus proſpiciunt, & uenuſtantur ab eo. Quales putamus eos, quibus ſol & luna deſeruiunt, corporaqúe cœleſtia cuncta prout iubent ad nutum mouentur, Vnde & à Philoſophis motores orbium cœleſtium dicuntur? Quantos arbitremur angelos, inquam, quibus ſolis deus ſua ſecreta ſine medio reuelat, nobis pro opportunitate cõmunicanda? Certe neceſſum eſt, ut ex creaturis nulla ſit alia maior. IAM VERO qualem & quantam putabimus eam, ad quam tanta creatura à deo Max. mittitur? Profectò angelis longe maiorem & digniorem? Sic Iudæi quoniam Ioannem Baptiſtam Maximum, utpote Meßiam cenſebant, non uulgares ad illum miſerunt homines, ſed de excellentißimo ordine. Siquidem miſerunt, inquit Euangeliſta, Iudæi à Hieroſolymis Ioan. 1.

ſacerdotes & leuitas ad Ioannem, ut interrogarent eum &c. Eſt igitur diua uirgo Maria uel ideo digniſſima cenſenda, quod eam deus Max. tanto nuntio dignatus ſit. Poſtremo, digniſſima merito propter cauſſam & negocium, cuius gratia ad ipſam à deo tantus eſt miſſus legatus.

SED QVANTVM, *obſecro, negocium? Quantum reſpondeo, neque ab orbe condito fuit auditum, neq; poſteris ſeculis unquam eſt audiendum, utpote, quod non unius fuerit uel alterius prouinciæ, ſed totius mundi, neque unius uel alterius regis uel principis uel ducis humani uel priuati unius alicuius hominis, ſed totius humani generis. in quo dei Opt. Max. gloria, & totius mundi ſalus unice uertebatur, in quo de æterna inter deum & humanũ genus pace agendum erat. Sanè negociũ erat illud, quo totum genus humanũ iam olim morti obnoxium uitæ reſtitueretur priſtinæ, quo genus humanum à peccato originali, cui ſe ſubdiderat, ſaluaretur, quo genus humanum de ſeruitute & captiuitate diabolica, in quã per peccatum deuenerat, in libertatem redimeretur, quo genus humanũ diuinæ gratiæ, quam peccato amiſerat, reconciliaretur, quo genus humanum in beatitudinis locum, unde peccato ceciderat, ab exilio*

reduceretur, & pacem deniq; æternam per Ieſum dei opt. Max. filium cum deo opt. nulla alia quàm media uirgine Maria habiturum eſſet, ut ex qua ille nec aliunde, ſpirituſancto cooperante, illæſa uirginitate ſine uirili ſemine naſciturus eſſet, uelu ti ab initio de hominis reparatione conſilium cele bratum fuerat, & figuris & ænigmatibus præſignatum, ſed in plenitudine temporis reuelatum, & uirtute exhibitũ in diua uirgine Maria. Gala. 4. VERE *igitur, fratres chariſſimi, nimis excellens ualdeq; magna dignoſcitur diua uirgo ex legatione illa no uiſſima, quam ad eam non rex aut dominus aliquis terrenus, ſed deus cœli & terræ creator & dominus, immo rex regum & dominus dominantium miſit.* Gene. 1. Apoc. 19. *Qui & miſit non hominem ſed angelum, non angelum modo ſed & archangelum, nec quẽlibet archangelum ſed Gabrielem, quem non arbitramur de minoribus eſſe, qui qualibet ex cauſa crebra ſoleant ad terras fungi legatione. Quod & ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatur fortitudo dei, & quia non ab alio aliquo forte excellẽtiore ſe, ut adſolet ſpiritu, ſed ab ipſo deo mitti perhibetur, qui utiq; tantæ inter ſuos inueniri potuerit excellentiæ, ut tali & nomine dignus haberetur & nuncio, qui & merito tali no* 1. Timo. 6. Lucæ. 1.

mine præfulget, qui naſcituro in carne deo teſtimonium perhibet, de quo propheta, dominus, inquit, fortis & potens dominus potens in prælio. Pſal. 23.
Qui & à deo ſummo & max. in eo miſſus eſt ad diuam uirginem negocio, cuius ſimile nec fuit nec erit, in quo ſalus humani generis pependit. SALVE IGITVR, *diua uirgo Maria, decus uirginum & corona mulierum, mediatrix hominum, ſalutis puerpera. Salue Maria laus humani generis, uirtutum præ cæteris habens priuilegia, quandoquidem palmam præfers ſingularem, nec in terris habes parem nec in cœli curia. Sicut enim ſol, Luna eſt lucidior, & luna ſyderibus, ſic Maria uirgo dignior es creaturis omnibus. Stella quidem maris, dignitate ſingularis, ſuper omnes cœleſtiũ ordines ordinaris.* TV NIMIRVM, *ò uirgo Maria, fortis es illa mulier, quæ uirtutis pede,* Gene. 3.
ut habet antiquiſsimum dei uaticinium, uiperium Prouer. ult.
ſerpentis caput cõtriuiſti, quam ſapientiſs. ille Solomon quæſiuit, ſed haud facile inuenit, nempe, quum hominis inuenire non fuerit, quàm angelus de ultimis finibus. ſ. ex altiſsimo cœli throno miſſus acceſsit, ac uelut chariſsimum preciũ eius nouæ ſalutis nouum Elogium *obtulit, ipſamq; ſaluatricem exhibuit toti mundo.* VERE *igitur Maria ma-*

ria magnaq́ꝫ, cui magna fecit, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Sanè tu uirgo es regia, gemmis ornata omnium uirtutum geminoq́ꝫ mentis pariter ac corporis decore præfulgida, quæ tua ſpecie & pulchritudine in cœleſtibus cognita cœli ciuiū in te prouocaſti adſpectus, ita ut & regis animum in tui concupiſcentiam inclinares, & cœleſtem nuncium à deo in negotio longè maximo ad te de ſupernis educeres. Et hoc eſt, *dilectiſſ. fratres quod nobis illam* Euangeliſta *uel ideo tantoperè commendat, quia angelum perhibet à deo deſtinatum ad uirginem, ad uirginem, dico, non nouiter aut fortuitu inuentam, ſed à ſeculo ex omnibus electam, ab altiſſimo præcognitam, quæ ab eius ore prodijt, primogenita ante omnem creaturam ſ. electione, quum omnibus prælecta fuerit creaturis, ante omnes poſſeſſa, ante omnes à domino creata & cõcepta, ea de ſe ipſa dicente.* Dominus *poſſedit me in inicio uiarū ſuarum antequā quicquā faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequā terra fieret.* ID QVOD *in ſequētibus tractatibus (ſi deus ãnuerit) diffuſius accipiemus.* Iam *putamus ex paucis inter plurima conſtare, quàm poſſumus excellentiam diuæ uirginis ex legatione illa dominica non obſcurè intel*

Lucæ. 1.

Pſal. 44.

Eccle. 2.

Prouerb. 8.

ligere. Supereſt, ut primo diuæ uirginis dignarum laudum non ſimus immemores, per quam uel unicam deus ipſe opt. noſtræ ſalutis exordium operari miſericorditer dignatus eſt. Deinde ut eas, quas poßimus, deo max. pro eius in nos tanta miſericordia & gratia & habeamus & gratias agamus, utpote, qui ſua nos humanitate ex uirgine ſumpta gratis ſaluauit. Poſtremum, ut & ipſe nos ſua legatione dignos efficiat, quatenus, angelo fortitu

Gala. 4. *dinis diuinæ anunciante, uera fide, per charitatē*

Ioan. 14. *operante, Ieſum dominum noſtrum concipere ualeamus, ut ille apud nos manſionem ſibi inueniat ſua gratia paratam.*

DIGNITATEM DIVAE VIRGINIS MARIAE PERSPICVAM FIERI EX MIRABILI AD EAM ANGELI ORATIONE. CAPVT X.

QVAM *dignitate præcellens ſit ac fuerit, ſemperq́; futura eſt uirgo Maria, ex magnificentiſ. ad illam legatione non obſcurè accipimus, utpote quæ omnibus ſuis fuerit numeris præcellentißima, quæ parē nunquàm*

nunquàm habuit, nec aliquando habitura. Iam uero deinde licebit eiuſdem uirginis eximiã præſtantiam ex noua admirabiliq; ad ipſam Archangelicæ legationis oratione paulò latius intelligere. Quis enim dubitat, excellentiſsimam à tanto legato habitam fuiſſe orationem, qui natura omnes callet artes & ſcientias ſine quopiam diſcurſu & exercitio? Quis dein non ipſam cenſeat optimam, ad quam optima habetur oratio & excellẽs? Nemo profectò eſt, qui ſecus ea in re dijudicare poſsit. Quàm uerò conſumatam, & omni ex parte mirandam angelus ad uirginem orationem habuerit uel ex hoc ſolo nullus nõ adfirmet opinor, quoniam in ea peroratur & nunciatur, quod natura nõ habuit, uſus non obtinet, ratio ignorauit, mens non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis etiam cœleſtis admiratur. Et ſane nulla inibi eſt partium, quæ non undecunq; ſuis admirabilis ſit conditionibus, & adeo, inquam ſtupenda, ut ad eam quoq; in admirationem uerſa obſtupuerit uirgo, omnium longè prudentiſs. & fortiſsima. Quæ enim, inquit Lucas, cũ audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Cui angelus. Ne timeas Maria, in Lucæ. 1. *uenisti enim gratiam apud deum. &c. Eſt autẽ hæc angeli ad illam oratio. Aue gratia plena, dominus*

tecum benedicta tu in mulieribus. Ecce concipies *in utero & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſus.* Hic *erit magnus et filius altiſsimi uocabitur,* Et *regnabit in domo* Iacob *in æternum, & regni eius nõ erit finis.* Spiritusſctũs *ſupueniet in te, & uirtus altiſsimi obũbrabit tibi.* Ideoq; *& quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei.* Et ecce Eliſabet *cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.* Et *hic menſis eſt ſextus illi, quæ uocatur ſterilis, quia non erit impoſsibile apud deum omne uerbum.* HAEC *uerò maiori ex parte oratio in genere eſt deliberatiuo dicendi, quoniam inibi qđ futurũ ſit ſubindicetur, & quaſi quadã deliberatiõe oſtenditur, quo fieri pacto poſsit aut debeat quod futurum narratur, ſiquidem genus dicẽdi deliberatiuum in cõſultatione poſitum ſit, in ſeſuaſionem & diſſuaſionem complectens.* Cuiuſmo*di in confeſſo eſt angeli ad* Mariam *oratio.* Quæ *(ut aliæ) exordio conſtat & narratione atq; concluſione, & ſuis quæq; partibus.* Per *exordiũ animus eius, ad quem fit oratio, ad audiendum apparatur.* Narratione *quod in ſe eſt aut fieri uolumus proponitur cum oſtenſione, qua oſtendimus æque fieri poſſe, quod narratur, cum conſultatione eorum quæ in contrarium adlegari poſſent cum breui concluſione, qua concludimus omnino eſſe ſeu*

fieri poſſe

fieri poſſe, quod narratũ eſt. EXORDITVR *autem angelicus legatus ſuam in hæc uerba oratio nem. Aue gratia plena, dominus tecum. Captat nimirum nedum in exordio beneuolentiam, ſed & in uerbo ſalutationis.* AVE, *quod Græcè dicitur* χαῖρε *gaudium apud Græcos ſignificans, qđ Hebraicè Salom profertur, apud Hebræos pacem ſubinſinuans. Apud nos uero latinos, Aue, optandi perinde eſt uerbum, ab auendo dictum, ex re nimirum cupita, deſyderataq́; gaudium. Quo ſanè uerbo gaudium uniuerſo mundo & pax annũciata eſt, nõ enim priuatum erat, quod gerebatur myſterium, utpote quo futurus erat Chriſtus ſaluator mundi, angelo aliàs dicente. Ecce euangelizo uobis gaudium magnum, qđ erit omni populo, quia natus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Rectè ergo in præſentia ad Mariam inquit angelus. Aue, inſinuans eã eſſe per quam id gaudij nobis futurum ſit, & pax illa inter deum & hominem, quàm olim perdideramus peccato prothoplaſti, natura filij iræ & litis longè à deo conſtituti, in uno autem Chriſto, nouo homine, Mariæ filio reconciliati deo patri qui ideoq́; pax noſtra eſt, quod uniuerſis ueniens pacem euangelizauerit, quam apud patrem humanitate ſua impetrarat, in quo uel ſolo pacificum*

Lucæ. 2.

Epheſ. 2.

1. Timo. 2. *habemus ad patrem acceſſum, quum unus homo Chriſtus dei ſit ac hominum mediator. Ideoq; bene ait angelus, Aue. ſ. Maria, id eſt, gaude, quoniã per te nobis pax & gaudium. Ita nimirum, ut Aue ſit ſalutatio, qua reges & magnos uiros, Iudei ueteres ſalutare ſoliti fuerint, eodẽq; illis pacis ac gaudij fœlicitatem imprecari, qua hominibus & præcipuè regibus, nihil poßit filicius & acceptius optari, unde factum, ut & dominus ſuos diſcipulos uoluerit domum aliquam ingredientes, ſalutare homines optatione pacis, ad eos dicens. In-*
Math. 10. *trantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes. Pax huic domui, id quod & ipſe dominus plærunque ſemper omnibus exemplo ſeruauit uobis, inquiens, pax. hinc & uocabulo, pacis ſignificatiuo angelus Mariam ſalutauit, inquiens, Aue, qua regia profectò ſalutatione merito ipſa ſalutata eſt,*
Math. 1. *quum, ſcriptura teſtãte, ex inclyta eademq; regia ſtirpe regis Dauid originem ſuam acceperit.* ET RITE, *inquam, uirgo Maria primum inter mulieres audijt Aue, quum quondam prima omnium inuerſo literarum totidem utrobiq; ordine audierit Eua, quoniam ipſa Maria uel ſola eſt, quæ nomen, id eſt, conditionem Euæ, primæ mulieris inuertit. Prima quidẽ mulier ab Adam uiro, de quo*
Gene. 2. 3. *ſumpta fuerat, uirago appellata eſt. Poſtquã uerò peccauit,*

peccauit, Eua nuncupari cœpit, quaſi uoce doloroſa (quam perinde omnes infantes modo geniti eiulando exprimere uidentur) quia ſibi & uiro ſuo, adeoq; toti humano generi luctum peccando intulerit, unde lugent poſteri omnes, nunquã non pleni erumnis & miſerijs, quarum cauſſa peccatum eſt. Cæterum uirgo Maria natiuitate filij Ieſu totam Euæ cõditionem in melius conuertit, argumento cuius Angelus ait ad illam. Aue. i. Gaude Maria, quoniã maledictionem Euæ in benedictionem transferes. Eua quidem dolorem & mortem nobis intulit, tu uero gaudium & uitam ſempiternam nobis adferes. Eua exilij & expulſionis à regno cœleſti cauſſa fuit, ipſa nos in antiquã patriam & paradiſum reuocabis. Eua nobis indignationem dei & bellum aduerſum nos excitauit, Tu uero nobis gratiam & pacem impetrabis. Iam uero fratres chariſsimi, quis negabit hac ſalutatiõe, more etiam humano, angelum ſibi beneuolentiã comparaſſe, ipſamque uirginem Mariam ſumma beneuolentia fuiſſe audituram, quæ deinde angelus erat dicturus? Qui & illico more Opt. oratoris & legati auditorem. ſ. Mariam attẽtam reddit & docilem, quando uerbum ſalutationis exponens, rationemq; eiuſdem ſalutationis perinde reddens ſimul nomenclaturam longe maximã & admira-

biliſſimam illi addit, inquiens. A V E *gratia plena* Quod Græce dicitur κεχαριτωμένη. *Quòd ſalutationis epitheton tam eſt magnificũ tamq; rarum & nobile, ut in ſcripturis alio in loco in eũ, quo hic, modum non ſit inuẽtum, immo, quod nec ad uirum quempiam eiuſmodi ſermo dictus reperiatur. Salue gratia plene. Soli Mariæ hæc ſalutatio ſeruabatur. Si enim ſciſſet* Maria, & *ad alium quenpiã ſimilem factum eſſe ſermonem, nunquã quaſi peregrina eam ſalutatio terruiſſet, ut quæ propter eum ſermonem perturbata fuerit, quæ habuit legis ſcientiã, & erat ſancta ut quæ prophetarum uaticinia quotidiana meditatione cognorit.*

NEC EST, *quod quis neget diuam uirginem præ cæteris omnibus fuiſſe ac eſſe gratia plenam, quia & alios ſcriptura teſtetur ſpirituſancto & gratia fuiſſe plenos. Siquidem & angelus Gabriel ad Zachariam dixerit de Ioanne Baptiſta. Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ.* Et *ſcriptura generatim de Apoſtolis, Et repleti, inquit, ſunt omnes ſpirituſancto. De beato quoq; Stephano plenus, ait, gratia & fortitudine. Et ad Paulum quoq; Ananias dicit Saule frater, dominus miſit me ad te, ut uideas & implearis ſpirituſancto.* *Reſpõdendum quidẽ duxerim. Etſi in diuerſis gradibus ſanctorum ſit plenitudo gratiæ, in quolibet in ſuo*

Lucæ. 1. Act. 2. 4. Act. 6. Act. 9. Rhoma. 12. 1. Cor. 12.

in ſuo genere & ſecundum genus ſuum, tamen ple Ephe·4·
nitudo gratiæ excellentis per excluſionem uacui
tatis ſoli uirgini Mariæ conuenit, quæ uel proin
de ſpeciatim ab angelo dicitur plena gratia·Siqui
dem reliqui ſancti habuerint plenitudinem gratiæ
ad ſalutem in ſuo genere neceſſariæ, quã dat ſpiri
tuſſanctus inhabitans per gratiam gratum facien
tem, quã ſanè plenitudinem gratiæ non modo Ma
ria uirgo habuit, ſed & eam omnem quæ & gra
tia gratis data dicitur ceu eſt prophetia, & gra
tum facientem, ceu eſt à deo diſpoſitio uirtutis ad
ſalutem, adeo, quod eam habuit gratiæ plenitudi
nem, quæ oẽs gratias poßibiles in ſuo genere com
prehendit· quæ & fluuio recte appropriari uide
tur, iuxta illud prophetæ·Viſitaſti terrã·ſ·Mariã, Pſal·64·
& inebriaſti·i·impleuiſti eã·ſ· gratia omnigena,
multiplicaſti locupletare eã·Flumen dei repletum
eſt aquis·ſ·gratiarum· Pertinet enim hac in parte
ad gratiã quicquid diuinæ influxus largitatis crea
tura participat à ſummo omnium creatore, ut ſit
gratia, omne datum optimũ, & omne donum per Iacobi·1·
fectum de ſurſum deſcendens, à patre luminum·Eo
nimirum dato & dono plena fuit Maria teſtimo
nio angeli, dicentis· Aue gratia plena·i·perfecta
& abundãs omnino ſuper omnes, ſcriptura de ea
dicente. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu Prouer·ult.

ſola ſupergreſſa es uniuerſas. Veré ſupergreſſa, et quidem PRIMO, quoniã ipſa omnes habuerit
Eccle. 44. gratias & uirtutes, quas cæteri habuere in uniuerſum. Habuit hæc Abrahæ fidem, Moſi mãſuetudinem, Dauidis humilitatem, Ioannis uirginitatem, Marthæ hoſpitalitatẽ, Magdalenæ contemplationem, & gratiãs reliquorum reliquas. SECVNDO, quia hæc omnes congregãtes in qualibet ſingulariter haud ſecus atq; ſol & luna reliqua minora ſydera exceſſerit, ut quæ Abrahamo fidelior, Moſe manſuetior, Dauide humilior, Ioanne purior, Martha liberalior, Magdalena cognitione humilior fuerit. TERTIO, quia illa gratiã ſecũdum totius ſubiecti capacitatem habuerit, de ſe dicens.
Eccle. 24. In me omnis gratia uiæ & ueritatis. In me omnis ſpes uitæ & uirtutis. quandoquidem nihil uirtutis, nihil ſpecioſitatis, nihil caſtitatis, nihil candoris & gloriæ, quod non ex ea ultra menſurã
Ephe. 4. reſplendeat, quũ cæteri habeant gratiã ſecundum menſuram. QVARTO, quoniã cæteri plerũq; habeant gratiã cum alicuius impuritatis permixtione peccatorum. ſ. uenialiũ, dubietatis, timoris, laboris uel doloris, diua uero Maria habuit gratiam longe puriſſimam ſine qualibet peccati originalis uel actualis uel uenialis labe, & cũ certitudine, qa teſtimonio ſpũſſancti, ultra angelicã teſtificationẽ

ſicationem dicentis ad eam. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. De reliquis uero dicitur. Neſcit homo, utrũ amore aut odio dignus ſit. QVINTO, quia gratiã habuerit immutabilem, quũ ſanctorũ multi poſt acceptam gratiam peccarint, Paulo uel ideo dicẽte. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Id quod ad Mariã dici non oportuit, utpote, quæ ita habuerit gratiæ cõfirmationem, ut ab ea cadere nunquã potuit, nimirum, quæ à diuina ſapientia fuit fabricata, columnis ſuffulta ſeptẽ. ſ. donis ſpirituſſancti ſeptemq; uirtutibus ita, ut cadere uel nutare nõ potuerit. SEXTO, quod diua uirgo gratiã habuerit per excluſionem uacuitatis, cæteri uero minime, quandoquidem ita uirgo Maria gratiæ plena fuerit, ut in ſtatu uiæ, manendo in genere creaturæ, & ſecũdum ordinatã dei potentiam, recipere gratiã maiorem haud potuerit, alij uero potuerunt, ad quos Apoſtolus dicere uidetur. Rogamus & obſecramus, ut ambuletis ſic, ut magis abũdetis. Merito igitur ad eam ex ſcriptura dicemus. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas. Atq; aue Maria, inquit angelus, gratia plena ſuper oẽs & in omnibus donis ac gratijs, qua nihil dignius, nihil ſanctius in humani generis ſemine exoriri potuerit, cui nullus patriarcharũ, nullus prophetarũ

Cant. 4. Eccle. 9. 1. Cor. 10. Prouerb. 9. 1. Theſſ. 4. Prouer. ult.

uel præcedẽtium uel ſequentiũ comparari queat, quæ uel merita angelorũ excellas. Aue ꝓinde Maria gratia plena. SED VIS, ô ſanctiſsima uirgo, dicã, qua gratia plena, & quare tãta gratia plena es? Audi. DOMINVS tecum. Nõ es plena gratia pulchritudinis ſolũ, quã tãtopere cupiunt oẽs fœminæ poſsidere, nõ plena ſolũ flore iuuẽtutis, quã oẽs fœminæ tenere conãtur, & ꝓcul factã toto pectore mentiuntur habere. Non es plena gratia robuſti corporis ſolum, quã omnes hoĩes tanto
Cant. 4. ſtudio conſeruare augereq́; nituntur, hæc oĩa ſimul
Hiere. 31. habes, es certe pulcherrima, & macula nõ eſt
Ezech. 44. in te, es ætate integra & florẽtiſsima, tãti uigoris es per gratiã, ut ſine uiro uirũ concipere, ſine obſtetricis miniſterio infantẽ parere poſsis. Ita es ſolida, ut filium de uentre tuo parias, & clauſus maneat uterus tuus, omnes gratiæ hactenus fœminis ſigillatim præſtitæ, tibi ſunt accumulatæ, quia dominus tecum. Gratiſsimũ eſt omnibus mulieribus à præſtãtib. uiris adamari & eſſe cum illis, hocq́; illæ ſummã exiſtimant gratiã. En ille dominus eſt
Apoc. 19. tecum, qui dominus eſt dominãtium, cœli ac terræ
1. Timo. 6. ac omniũ, quæ inibi ſunt, creator & gubernator, & ita eſt tecum, ut ſuper omnem creaturã te amore proſequitur, hactenus inaudito, te uult ſpõſam, dominus deus pater, dominus ſpirituſſanctus te uult ſibi ſociã & cooperatricẽ, dominus filius de-

us te uult habere matrem, & ſic tecum ille eſt, ut cum hominibus omnibus per te pacem inire, caro & frater eorum deinceps ſemper eſſe dignetur. Aue igitur gratia plena, quoniã dominus tecum. Nec tantum dominus filius tecum, quem carne tua induis, ſed & ſpirituſſanctus, de quo concipis, & dominus pater, qui genuit, quem concipis. pater, inquã, tecum, qui filium ſuum facit & tuum. filius tecum, qui ad condendũ in te mirabile ſacramentum miro modo, & ſibi reſerat genitale ſecretum, & tibi ſeruat uirginale ſignaculũ. Spirituſſanctus tecum, qui cum patre & filio tuum ſanctificat uterum. Hæc angelus ad ſenſum fratres dilectiſſimi. Lucæ.1. Ioan.1.

IAM VERO *q̃d uel miramur uel dubitamus, uirginem Mariã uere ſuper omnes appellari gratia plenã? quæ profecto eam accepit gratiam, ad quã nulla unquã creatura aſpirauit, ut quæ & in ſe corporaliter atq; ſpiritualiter fontem omnium gratiarum habuerit, de ſe dicens. Qui me creauit, requieuit in tabernaculo meo &c. id q̃d nulli unquã ſanctorum conceſſum eſt, nec unquã concedetur, quũ ad ſolam Mariã dixerit angelus. Aue gratia plena, dominus tecũ.* Eccle.24. ET RECTE *nimirũ eã docuit uirginem, tanta plenã eſſe gratia, ex cuius gratiæ plenitudine proſiluit omnis plenitudo humani generis, ex qua nobis uenit pretiũ redẽp-*

tionis, aqua ablutionis, panis refectionis, medicina curatiōis, quæ dedit cælis gloriā, terris deū pacemq́; refudit, fidem gentib. finē uicijs, uitæ ordinem, moribus diſciplinā, quando in ea uerbū conceptum caro factū eſt, & dominus deus homo factus, qui cum illa totus fuit, terrā & cœlū ſua implēs maieſtate, ideoq́; uſq; adeo illa fuit gratiæ plena inter & ſup omnes, ut uel propterea idem angelus in exordio ſuæ oratiōis eā inter omnes mulieres benedictā eſſe adfirmauerit, inquiens, Aue gratia plēa, dominus tecū, benedicta tu in mulierib⁹, Cuius uerbū & Elizabetha, immo ſpūſſanctus ſpiritus ueritatis, quo illa fuit repleta, approbare nō dubitauit, utpote quaſi ſubſcribens ei, ad Mariam ſe uiſitantem & exclamans ait. Benedicta tu inter mulieres &c.

Ioan. 1. Hiere. 23. Luce. 1.

QVVM ENIM (Euangeliſta teſte) glorioſa uirgo Maria totius gratiæ fontem, uerbum patris æternum in utero per fidem de ſpirituſancto ſupra naturā concepiſſet, ſurgens abijt cum feſtinatione in montana in ciuitatē Iuda, quæ eſt Hieruſalē, & intrauit domū Zachariæ, Elizabethā ſalutans, ei miniſtratura, Ioannē domini præcurſorem ſanctificatura, ut ſic ſe fluuium diuini fontis eſſe palàm opere demonſtraret. Cuius ſalutationē ubi illa audiuit, cœpit infans in utero exultare, & ipſa ſpirituſancto repleta exclamauit uoce magna, & dixit

Luce. 1. Pſal. 64.

Benedicta tu inter mul· Quibus et ipſe uerbis ange lus in ſua ad illã oratiõe uſus eſt, ad quæ tamen ceu uice rationis (ut dicetur) Eliſabeta addit, *inquiẽs, & benedictus fructus uentris tui· Quo in loco ſcire operæpretiũ duxerim, q̃d ſit benedicere, & quare ac in quibus diua uirgo inter mulieres, & quid ſit eſſe inter mulieres benedicta·* BENEDICERE *eſt, qua deus homini, qua homo deo, & qua homi ni homo benedicit·* *Eſt autem benedicere genera tim aliquid re quapiam bona dotari, adeò, ut præ ceteris dotatus eius rei laudetur ac laudari poßit· Et ita nimirum benedictio qua homo homini bene dicit, eſt quædam diuini adiutorij imploratio & imprecatio, qua alicui quid boni à deo ſingulari ter imprecatur, quæ ei, pro quo fit, prodeſſe puta tur· Sic antiqui quondam patres iure quaſi hæredi tario filijs benedicebant, id eſt, bona futura impre cabantur, credentes huiuſmodi benedictione ea bo na ad eos, quos benedicebant, trãſmitti·* Iuxta *ſcri pturam, alibi dicentem·* Benedictio *patris firmat domus filiorum·* Ita *ſanè* I*ſaac benedixit* Iacob *&* E*ſau·* Ita *legimus de benedictione, qua* Iacob *filijs ſuis benedixit, & qua* Mo*ſes ſuis· Quæ quidem be nedictio à parentib· profuit filijs bonis, non etiam malis· quemadmodum & dominus* Ie*ſus cœlum aſ cenſurus more humano benedixiſſe traditur ſuis.*

Eccle·3·
Gene·27·
Gene·28·
Deut·33·
Lucæ·24·

Sic & ipſi receſſuri ſigno ſanctæ crucis benedicimus manentib· & ipſi ediuerſo· Qua etiamnum benedictione quiſpiam diuæ uirgini benedicere potuit, quaſi affectu quodam ſingulari ei bonum precari, quamuis id ipſum prius habuerit· EST & benedicere idem quod conſecrare, id eſt, rem aliquàm diuino uſui deputare· Sic Chriſtus dicitur accepiſſe panem & benedixiſſe· Inſuper benedicere quo deus homini benedicit, eſt, quando deus homini ſuam gratiam infundit, & bona tam animæ quã fortunæ & corporis ſingulariter largitur, tã quo ad æterna quàm quo ad temporaria· Sic deus prothoplaſtis benedixit, dicens Creſcite & multiplicamini· Sic uerè benedictus eſt qui gratijs à deo tã exterioribus quàm interioribus, dotatus eſt· Cuiuſmodi fuiſſe beatã Mariam nemo ibit inficias, quæ gratiæ plena ab angelo prædicatur, cui nihil gratiarum defuit, quemadmodum pauloante diſputauimus· Eſt deniq; benedicere, qua homo benedicit deo, & idem eſt, quod deum ob eius collata in nos beneficia laudare, magnificare ac celebrare, glorificareq;, in quem ſane modum propheta hortatur inquiens· Laudationem domini loquetur os meum & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum ſeculi· Et ita demum benedicere eſt, qua homo hominem benedicit, & benedictũ deprædicat, quando

Math·26· Marc·14· Lucæ·22· 1·Cor·11·

Gene·1·

Pſal·144·

quando quenpiam eius à deo gratiarum collauda=mus, extollimus, & præ cæteris glorioſum & cele brem quoquo modo adfirmamus, ſyncero quodam ac pio in illum adfectu. Quo nimirum pacto diua uirgo ab angelo, & ab Eliſabeta prædicatur bene dicta, quum uterq; ad illam dixerit. BENE-DICTA *tu in mulieribus, id eſt, aue Maria, gra-tia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieri bus, id eſt, aue & gaude uirgo gratioſa, dominum tibi habes fauentem ac propicium. Et ob hoc eris unicè celebris ac laudati nominis inter omnes mu lieres. Qua profectò prædicatione & ſalutatione nihil arbitror poſſe in glorioſam uirginem cõferri dulcius, nihil gratius, nihil honoratius, utpote, quàm ipſe deus pater dictauerit, & per archange lum ei deſtinauerit. In qua dulciflua, ut dictum eſt, implicantur myſteria. Siquidem pater omnipo tens ita ſua illam omnipotentia conformauit, ut eſ ſet immunis (ut ſic dixerim) ab omni uæ, id quod in uerbo aue perhibent inſinuari. Filius quoq; dei ſic ſua illã ſapiẽtia illuſtrauit, ut eſſet uerè præcla rum ſydus, quo cœlum & terra illuſtrantur, id qđ nomen Maria, quod maris eſt ſtella, palàm notat. Spiritus ſanctus etiã tota dulcedine ſua eam pene trando ſua gratia eam tã gratioſam effecit, ut om-nis qui quæſierit per eam gratiã, inueniat illam,*

1. Timo. 2. *habemus ad patrem acceſſum, quum unus homo Chriſtus dei ſit ac hominum mediator.* Ideoq; *be=ne ait angelus, Aue.* ſ. Maria, *id eſt, gaude, quoniã per te nobis pax & gaudium.* Ita *nimirum, ut Aue ſit ſalutatio, qua reges & magnos uiros,* Iudei *uete res ſalutare ſoliti fuerint, eodẽq; illis pacis ac gau dij fœlicitatem imprecari, qua hominibus & præcipuę regibus, nihil poßit fęlicius & acce=ptius optari, unde factum, ut & dominus ſuos diſ=cipulos uoluerit domum aliquam ingredientes, ſa=lutare homines optatione pacis, ad eos dicens.* In=

Math. 10. *trantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes.* Pax *huic domui, id quod & ipſe dominus plærun quę ſemper omnibus exemplo ſeruauit uobis, in=quiens, pax. hinc & uocabulo, pacis ſignificatiuo angelus* Mariam *ſalutauit, inquiens, Aue, quare=gia profectò ſalutatione merito ipſa ſalutata eſt,*

Math. 1. *quum, ſcriptura teſtãte, ex inclyta eademq; regia ſtirpe regis* Dauid *originem ſuam acceperit.* ET RITE, *inquam, uirgo* Maria *primum inter muli eres audijt Aue, quum quondam prima omnium inuerſo literarum totidem utrobiq; ordine audie=rit* Eua, *quoniam ipſa* Maria *uel ſola eſt, quæ no=men, id eſt, conditionem* Euæ, *primæ mulieris in=uertit.* Prima *quidẽ mulier ab* Adam *uiro, de quo*

Gene. 2. 3. *ſumpta fuerat, uirago appellata eſt.* Poſtquã *uerò peccauit,*

peccauit, Eua nuncupari cœpit, quaſi uoce doloroſa (quam perinde omnes infantes modo geniti eiulando exprimere uidentur) quia ſibi & uiro ſuo, adeoq; toti humano generi luctum peccando intulerit, unde lugent poſteri omnes, nunquã non pleni erumnis & miſerijs, quarum cauſſa peccatum eſt. Cæterum uirgo Maria natiuitate filij Ieſu totam Euæ cõditionem in melius conuertit, argumento cuius Angelus ait ad illam. Aue. i. Gaude Maria, quoniã maledictionem Euæ in benedictionem transferes. Eua quidem dolorem & mortem nobis intulit, tu uero gaudium & uitam ſempiternam nobis adferes. Eua exilij & expulſionis à regno cœleſti cauſſa fuit, ipſa nos in antiquã patriam & paradiſum reuocabis. Eua nobis indignationem dei & bellum aduerſum nos excitauit, Tu uero nobis gratiam & pacem impetrabis. Iam uero fratres chariſsimi, quis negabit hac ſalutatiõe, more etiam humano, angelum ſibi beneuolentiã comparaſſe, ipſamque uirginem Mariam ſumma beneuolentia fuiſſe audituram, quæ deinde angelus erat dicturus? Qui & illico more Opt. oratoris & legati auditorem. ſ. Mariam attẽtam reddit & docilem, quando uerbum ſalutationis exponens, rationemq; eiuſdem ſalutationis perinde reddens ſimul nomenclaturam longe maximã & admira-

biliſsimam illi addit, inquiens· A V E *gratia plena* Quod Græce dicitur κεχαριτωμένη. Quòd ſa*lutationis epitheton tam eſt magnificũ tamq; ra rum & nobile, ut in ſcripturis alio in loco in eũ, quo hic, modum non ſit inuẽtum, immo, quod nec ad uirum quempiam eiuſmodi ſermo dictus repe riatur·* Salue gratia plene·Soli Mariæ hæc ſaluta tio ſeruabatur·Si enim ſciſſet Maria, & ad alium quenpiã ſimilem factum eſſe ſermonem, nunquã quaſi peregrina eam ſalutatio terruiſſet, ut quæ propter eum ſermonem perturbata fuerit, quæ ha buit legis ſcientiã, & erat ſancta ut quæ propheta rum uaticinia quotidiana meditatione cognorit·

NEC EST, *quod quis neget diuam uirginem præ cæteris omnibus fuiſſe ac eſſe gratia plenam, quia & alios ſcriptura teſtetur ſpirituſancto &*
Lucæ·1· *gratia fuiſſe plenos·Siquidem & angelus Gabriel ad Zachariam dixerit de Ioanne Baptiſta·Et ſpiri*
Act·2·4· *tuſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ· Et ſcriptura generatim de Apoſtolis, Et repleti, in*
Act·6· *quit, ſunt omnes ſpirituſancto· De beato quoq; Ste phano plenus, ait, gratia & fortitudine·Et ad Pau*
Act·9· *lum quoq; Ananias dicit Saule frater, dominus mi ſit me ad te, ut uideas & implearis ſpirituſancto·*
Rhoma·12· *Reſpõdendum quidẽ duxerim·Etſi in diuerſis gra*
1·Cor·12· *dibus ſanctorum ſit plenitudo gratiæ, in quolibet*

in ſuo

in ſuo genere & ſecundum genus ſuum, tamen ple nitudo gratiæ excellentis per excluſionem uacuitatis ſoli uirgini Mariæ conuenit, quæ uel proinde ſpeciatim ab angelo dicitur plena gratia. Siquidem reliqui ſancti habuerint plenitudinem gratiæ ad ſalutem in ſuo genere neceſſariæ, quā dat ſpiritus ſanctus inhabitans per gratiam gratum facientem, quā ſanè plenitudinem gratiæ non modo Maria uirgo habuit, ſed & eam omnem quæ & gratia gratis data dicitur ceu eſt prophetia, & gratum facientem, ceu eſt à deo diſpoſitio uirtutis ad ſalutem, adeo, quod eam habuit gratiæ plenitudinem, quæ oēs gratias poßibiles in ſuo genere comprehendit. quæ & fluuio rectè appropriari uidetur, iuxta illud prophetæ. Viſitaſti terrā. ſ. Mariā, & inebriaſti. i. impleuiſti eā. ſ. gratia omnigena, multiplicaſti locupletare eā. Flumen dei repletum eſt aquis. ſ. gratiarum. Pertinet enim hac in parte ad gratiā quicquid diuinæ influxus largitatis creatura participat à ſummo omnium creatore, ut ſit gratia, omne datum optimū, & omne donum perfectum de ſurſum deſcendens, à patre luminum. Eo nimirum dato & dono plena fuit Maria teſtimonio angeli, dicentis. Aue gratia plena. i. perfecta & abundās omnino ſuper omnes, ſcriptura de ea dicente. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu

Ephe. 4.
Pſal. 64.
Iacob. 1.
Prouer. ult.

ſola ſupergreſſa es uniuerſas. Vere ſupergreſſa, et quidem PRIMO, *quoniã ipſa omnes habuerit*
Eccle. 44. *gratias & uirtutes, quas cæteri habuere in uniuerſum. Habuit hæc Abrahæ fidem, Moſi mãſuetudinem, Dauidis humilitatem, Ioannis uirginitatem, Marthæ hoſpitalitatẽ, Magdalenæ contemplationem, & gratias reliquorum reliquas.* SECVNDO, *quia hæc omnes congregãtes in qualibet ſingulariter haud ſecus atq; ſol & luna reliqua minora ſydera exceſſerit, ut quæ Abrahamo fidelior, Moſe manſuetior, Dauide humilior, Ioanne purior, Martha liberalior, Magdalena cognitione humilior fuerit.* TERTIO, *quia illa gratiã ſecũdum totius ſubiecti capacitatem habuerit, de ſe dicens.*
Eccle. 24. *In me omnis gratia uiæ & ueritatis. In me omnis ſpes uitæ & uirtutis. quandoquidem nihil uirtutis, nihil ſpecioſitatis, nihil caſtitatis, nihil candoris & gloriæ, quod non ex ea ultra menſurã*
Ephe. 4. *reſplendeat, quũ cæteri habeant gratiã ſecundum menſuram.* QVARTO, *quoniã cæteri plerũq; habeant gratiã cum alicuius impuritatis permixtione peccatorum. ſ. uenialiũ, dubietatis, timoris, laboris uel doloris, diua uero Maria habuit gratiam longe puriſſimam ſine qualibet peccati originalis uel actualis uel uenialis labe, & cũ certitudine, q̃a teſtimonio ſpũſſancti, ultra angelicã teſtificationẽ*

ficationem dicentis ad eam. Tota pulchra es amica mea, *& macula non eſt in te.* De reliquis uero dicitur. Neſcit homo, utrũ amore aut odio dignus ſit. QVINTO, *quia gratiã habuerit immutabilem, quũ ſanctorũ multi poſt acceptam gratiam peccarint;* Paulo uel ideo dicẽte. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. *Id quod ad Mariã dici non oportuit, utpote, quæ ita habuerit gratiæ cõfirmationem, ut ab ea cadere nunquã potuit, nimirum, quæ à diuina ſapientia fuit fabricata, columnis ſuffulta ſeptẽ. ſ. donis ſpirituſſancti ſeptemq; uirtutibus ita, ut cadere uel nutare nõ potuerit.* SEXTO, *quod diua uirgo gratiã habuerit per excluſionem uacuitatis, cæteri uero minime, quandoquidem ita uirgo Maria gratiæ plena fuerit, ut in ſtatu uiæ, manendo in genere creaturæ, & ſecũdum ordinatã dei potentiam, recipere gratiã maiorem haud potuerit, alij uero potuerunt, ad quos Apoſtolus dicere uidetur.* Rogamus & obſecramus, ut ambuletis ſic, ut magis abũdetis. *Merito igitur ad eam ex ſcriptura dicemus.* Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas. *Atq; aue Maria, inquit angelus, gratia plena ſuper oẽs & in omnibus donis ac gratijs, qua nihil dignius, nihil ſanctius in humani generis ſemine exoriri potuerit, cui nullus patriarcharũ, nullus prophetarũ*

Cant. 4.
Eccle. 9.
1. Cor. 10.
Prouerb. 9.
1. Theſſ. 4.
Prouer. ult.

uel præcedẽtium uel ſequentiũ comparari queat, quæ uel merita angelorũ excellas. Aue, ꝑinde Maria gratia plena. SED VIS, ô ſanctiſſima uirgo, dicã, qua gratia plena, & quare tãta gratia plena es? Audi. DOMINVS tecum. Nõ es plena gratia pulchritudinis ſolũ, quã tãtopere cupiunt oẽs fœminæ poſſidere, nõ plena ſolũ flore iuuẽtutis, quã oẽs fœminæ tenere conãtur, & ꝑcul factã toto pectore mentiuntur habere. Non es plena gratia robuſti corporis ſolum, quã omnes hoĩes tanto
Cant. 4. ſtudio conſeruare augereq́; nituntur, hæc oĩa ſi-
Hiere. 31. mul habes, es certe pulcherrima, & macula nõ eſt
Ezech. 44. in te, es ætate integra & florẽtiſſima, tãti uigoris es per gratiã, ut ſine uiro uirũ concipere, ſine obſtetricis miniſterio infantẽ parere poſſis. Ita es ſolida, ut filium de uentre tuo parias, & clauſus maneat uterus tuus, omnes gratiæ hactenus fœminis ſigillatim præſtitæ, tibi ſunt accumulatæ, quia dominus tecum. Gratiſſimũ eſt omnibus mulieribus à præſtãtib. uiris adamari & eſſe cum illis, hocq́; illæ ſummã exiſtimant gratiã. En ille dominus eſt
Apoc. 19. tecum, qui dominus eſt dominãtium, cœli ac terræ
1. Timo. 6. ac omniũ, quæ inibi ſunt, creator & gubernator, & ita eſt tecum, ut ſuper omnem creaturã te amore proſequitur, hactenus inaudito, te uult ſpõſam, dominus deus pater, dominus ſpirituſſanctus te uult ſibi ſociã & cooperatricẽ, dominus filius de-

us te uult habere matrem, & ſic tecum ille eſt, ut cum hominibus omnibus per te pacem inire, caro & frater eorum deinceps ſemper eſſe dignetur. Aue igitur gratia plena, quoniã dominus tecum. Nec tantum dominus filius tecum, quem carne tua induis, ſed & ſpirituſſanctus, de quo concipis, & dominus pater, qui genuit, quem concipis. pater, inquã, tecum, qui filium ſuum facit & tuum. filius tecum, qui ad condendũ in te mirabile ſacramentum miro modo, & ſibi reſerat genitale ſecretum, & tibi ſeruat uirginale ſignaculũ. Spirituſſanctus tecum, qui cum patre & filio tuum ſanctificat uterum. Hæc angelus ad ſenſum fratres dilectiſſimi. Lucæ.1. Ioan.1.

IAM VERO q̃d uel miramur uel dubitamus, uirginem Mariã uere ſuper omnes appellari gratia plenã? quæ profecto eam accepit gratiam, ad quã nulla unquã creatura aſpirauit, ut quæ & in ſe corporaliter atq; ſpiritualiter fontem omnium gratiarum habuerit, de ſe dicens. Qui me creauit, requieuit in tabernaculo meo &c. id q̃d nulli unquã ſanctorum conceſſum eſt, nec unquã concedetur, quũ ad ſolam Mariã dixerit angelus. Aue gratia plena, dominus tecũ. ET RECTE nimirũ eã docuit uirginem, tanta plenã eſſe gratia, ex cuius gratiæ plenitudine proſiluit omnis plenitudo humani generis, ex qua nobis uenit pretiũ redẽp- Eccle.24.

tionis, aqua ablutionis, panis refectionis, medicina curatiõis, quæ dedit cælis gloriã, terris deũ pacemq; refudit, fidem gentib. finẽ uicijs, uitæ ordinem, moribus diſciplinã, quando in ea uerbũ con-
Ioan. 1. ceptum caro factũ eſt, & dominus deus homo fa-
Hiere. 23. ctus, qui cum illa totus fuit, terrã & cœlũ ſua implẽs maieſtate, ideoq; uſq; adeo illa fuit gratiæ plena inter & ſup omnes, ut uel propterea idem angelus in exordio ſuæ oratiõis eã inter omnes mulie-
Lucæ. 1. res benedictã eſſe adfirmauerit, inquiens, Aue gratia plẽa, dominus tecũ, benedicta tu in mulierib⁹, Cuius uerbũ & Elizabetha, immo ſpũſſanctus ſpiritus ueritatis, quo illa fuit repleta, approbare nõ dubitauit, utpote quaſi ſubſcribens ei, ad Mariam ſe uiſitantem & exclamans ait. Benedicta tu inter mulieres &c.

QVVM ENIM (Euangeliſta teſte) glorioſa uirgo Maria totius gratiæ fontem, uerbum patris æternum in utero per fidem de ſpirituſancto ſupra
Lucæ. 1. naturã concepiſſet, ſurgens abijt cum feſtinatione in montana in ciuitatẽ Iuda, quæ eſt Hieruſalẽ, & intrauit domũ Zachariæ, Elizabethã ſalutans, ei miniſtratura, Ioannẽ domini præcurſorem ſanctificatura, ut ſic ſe fluuium diuini fontis eſſe palàm opere demonſtraret. Cuius ſalutationẽ ubi illa au-
Pſal. 64. diuit, cœpit infans in utero exultare, & ipſa ſpirituſancto repleta exclamauit uoce magna, & dixit

Benedicta tu inter mul. Quibus et ipſe uerbis angelus in ſua ad illã oratiõe uſus eſt, ad quæ tamen ceu uice rationis (ut dicetur) Eliſabeta addit, inquiẽs, *& benedictus fructus uentris tui.* Quo in loco ſcire operæpretiũ duxerim, q̃d ſit benedicere, & quare ac in quibus diua uirgo inter mulieres, & quid ſit eſſe inter mulieres benedicta. BENEDICERE eſt, qua deus homini, qua homo deo, & qua homini homo benedicit. Eſt autem benedicere generatim aliquid re quapiam bona dotari, adeò, ut præ ceteris dotatus eius rei laudetur ac laudari poßit. Et ita nimirum benedictio qua homo homini benedicit, eſt quædam diuini adiutorij imploratio & imprecatio, qua alicui quid boni à deo ſingulariter imprecatur, quæ ei, pro quo fit, prodeſſe putatur. Sic antiqui quondam patres iure quaſi hæreditario filijs benedicebant, id eſt, bona futura imprecabantur, credentes huiuſmodi benedictione ea bona ad eos, quos benedicebant, trãſmitti. Iuxta ſcripturam, alibi dicentem. Benedictio patris firmat domus filiorum. Ita ſanè Iſaac benedixit Iacob & Eſaũ. Ita legimus de benedictione, qua Iacob filijs ſuis benedixit, & qua Moſes ſuis. Quæ quidem benedictio à parentib. profuit filijs bonis, non etiam malis. quemadmodum & dominus Ieſus cœlum aſcenſurus more humano benedixiſſe traditur ſuis.

Eccle. 3.
Gene. 27.
Gene. 28.
Deut. 33.
Lucæ. 24.

quando quenpiam eius à deo gratiarum collauda=mus, extollimus, & præ cæteris glorioſum & celebrem quoquo modo adfirmamus, ſyncero quodam ac pio in illum adfectu· Quo nimirum pacto diua uirgo ab angelo, & ab Eliſabeta prædicatur benedicta, quum uterq; ad illam dixerit· BENEDICTA tu in mulieribus, id eſt, aue Maria, gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, id eſt, aue & gaude uirgo gratioſa, dominum tibi habes fauentem ac propicium· Et ob hoc eris unicè celebris ac laudati nominis inter omnes mulieres· Qua profectò prædicatione & ſalutatione nihil arbitror poſſe in glorioſam uirginem cõferri dulcius, nihil gratius, nihil honoratius, utpote, quàm ipſe deus pater dictauerit, & per archangelum ei deſtinauerit· In qua dulciflua, ut dictum eſt, implicantur myſteria· Siquidem pater omnipotens ita ſua illam omnipotentia conformauit, ut eſſet immunis (ut ſic dixerim) ab omni uæ, id quod in uerbo aue perhibent inſinuari· Filius quoq; dei ſic ſua illã ſapiẽtia illuſtrauit, ut eſſet uerè præclarum ſydus, quo cœlum & terra illuſtrantur, id qđ nomen Maria, quod maris eſt ſtella, palàm notat· Spiritus ſanctus etiã tota dulcedine ſua eam penetrando ſua gratia eam tã gratioſam effecit, ut omnis qui quæſierit per eam gratiã, inueniat illam,

Prouerb. 8. *quæ de ſe ait, in me gratia omnis uiæ & ueritatis,*
Eccle. 24. *& rurſus, qui me inuenerit, inueniet uitã, & hau*
riet ſalutẽ à domino, hinc appellari gratiæ plena
cœpta. In hoc autem uerbo, dominus tecum, ipſa
illius admonetur ineffabilis unionis operationis,
quam tota trinitas in ea perfecit, cum ſuæ carnis
ſubſtantiam diuinæ naturæ in una perſona ita ni-
mirum copulauit, ut deus fieret homo. In uerbo de
niq;, BENEDICTA tu in mulieribus, ipſam
omnis creatura mirando agnoſcit, & eam eſſe
benedictam & exaltatam ſuper omnes mulieres,
imo ſuper omnem creaturam tam cœleſtem quàm
terreſtrem, quæ nec in cœlo nec terra habeat pa-
rem nec habitura unquã. Quid enim angelus ipſe
cum beata matre Eliſabeta, ſpirituſancto differta
Lucæ. 1. *aliud uoluit, ad illam dicens, benedicta tu in muli-*
erib. quàm ò Maria plus benedicta, quã omnes mu
lieres. ET QVARE *ſuper omnes mulieres*
benedicta? Reſpondet diua Eliſabeta, &, id eſt,
quia benedictus fructus uentris tui. Sanè ſacra ſcri
ptura cõſueuit aliquoties, &, pro quia, recipere,
Pſal. 117. *ut in hoc Dauidico, benedictus qui uenit in nomi-*
ne domini, deus dominus, & illuxit nobis. Et hoc
nedum ſacræ habent literæ, uerumetiam ad hunc
modum ea uocula utuntur authores, penes quos
eſt & latini ſermonis & Græci authoritas. Siqui-
dem Virgi-

dem Virgilius ait· Audieras & fama fuit· Et Quintilianus, has primum audiat puer, harum uerba effingere imitando conabitur, & natura tenaciſsimi ſumus eorum, quæ mollibus animis percipimus. Quint· lib· 1· ca· 2·
Et proinde, benedicta, inquit angelus, tu in mulieribus· Quia ſ· benedictus fructus uentris tui· HIC ſanè fructus eſt, de quo propheta, de fructu, inquit uentris tui ponam ſuper ſedem tuam· Quis eſt ille fructus? Eſt, inquam, dominus, qui, angelo teſte, cum ea fuit· Quis quæſo, dominus? Cœli inquam, ac terræ & omnium, quæ inibi ſunt, creator & dominator, rex regum & dominus dominantium, in cuius nomine omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium & infernorum, cuius regnum eſt regnum propheta concinente, omnium ſeculorum, & eius dominatio in omni generatione & generatione, & cuius magnitudinis non eſt finis, nec eius ſapientiæ numerus, eiusq; nomen magnum & terribile, utpote Ieſus, mundi ſaluator, quia enim ille cũ Maria erat, non gratia tantum & adoptione ſed & mirabili incarnationis myſterio non multo poſt inde exiturus, idioq; benedicta fuit ipſa dicente Eliſabeta· O benedicta tu in mulieribus, &, id eſt, quia benedictus fructus uentris tui· Id quod facile ex conſumatiſs· Angeli narratione, parte orationis altera perſpicuum euadit·

Pſal· 131· Philip· 2· Pſal· 144·

DIVAE VIRGINIS ADMIRANDAM EXCELLENTIAM PATERE EX ARCHANGELI ORATIONIS NARRATIONE. CAP. XI.

HAVD ſanè puto uirginis deiparæ Mariæ excellentiam non facile multo maximā intelligi ex angeli ad eam orationis exordio, quo ſimul ille captauit more oratoris beneuolentiam & attentionem, utpote quo nihil gratius Maria audire potuerit, et rarius atq; mirabilius nihil, unde non potuit ad audiendū non reddi longè attentiſſima. nimirum ubi angelus ipſe, adeoq; ſanctus per Eliſabetam ſpiritus eam in mulieribus, id eſt, ſuper omnes mulieres benedictam eſſe teſtatus eſt, inquiens, benedicta tu in mulieribus. Quare? quia dominus tecum, dominus, inquam, fructus tui uentris benedictus. quod nūc idem ex eleganti ſimulq; artificioſa narratione clarius quaſi per modum rationis & declarationis arguit, dicens. Ecce concipies in utero, et Lucæ.1. paries filium, & uocabis nomē eius Ieſum, hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedē Dauid patris eius, & regnabit in domo

in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis· In qua nimirum narratione quia narrantur quæ & auditu pluſquam miranda, & factu planè impoßibilia ſunt, utpote quod uirgo, uirum neſciens ſine uirili ſemine & concipere filium, eũdemque parere, immo qui deus naſci ex uirgine homo debuerit, & hoc genus reliqua, ideoq; uirgini grauiter interroganti, quomodo id fieret, quæ uirum non cognoſceret, angelus, omnem dubitationem funditus ſubmouẽs occurrit, inquiens· Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altißimi obumbrabit tibi· Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei· Quod ut fidem habeat indubitatam, ſubiungit more oratorio exemplum, quo perſuadet quod narrauit & probauit, dicens· Et ecce Elizabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi, quæ uocatur ſterilis· Cui quidem exemplo concluſionem adijcit firmißimam, inquiens: Quia non erit impoßibile apud deum omne uerbum· Cui uerbo ſine ulteriore quæſtione Maria credens ait· Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundũ uerbum tuũ· Quo uel citius in uera & fide & humilitate dicto dominus q̃ prius cũ ea in corde fuit diuina maieſtate, mentẽ implens, adeſſe cœpit, ſpirituſancto cooperatore, noua humanitate in utero, uentrem adimplens· Eſtq; illico Maria uirgo domini mater facta, uel

teſtimonio ſpiritusſancti in Eliſabeta *ad ipſam di centis*. Et *unde mihi hoc, ut mater domini mei ueniat ad me*. O *benedicta tu inter mulieres, et, ideſt quia benedictus fructus uentris tui*. *Acſi diceret,*
Rhoma. 9. Non *quia tu benedicta, ideo benedictus fructus uētris tui. ſ. Ieſus Chriſtus, uerum quia fructus ille tui*
Pſal. 44. *uentris benedictus eſt ſuper omnia deus in ſecula, cui ſpecioſo præ filijs hominum benedixit deus in æternum, in quo benedictæ ſunt oēs gentes, proinde ò uirgo* Maria *benedicta es in mulieribus utpote, quoniā dominus tui uētris eſſe fructus cœpit*
Math. 7. *haud abeſſe poteſt, quin & ipſa ſis benedicta in mu*
Lucæ. 6. *lieribus, q̄a non poteſt maledicta arbor benedictū parere fructū, ideo ipſa inter mulieres benedicta, fructus uerò tui uentris nō inter hoīes, nō inter angelos tantū, ſed ubiq; & inter oēs & ſuper omnia benedictus deus in ſecula, q te præ omnibus præuenit in benedictionibus dulcedinis, de cuius plenitudine ita tu accepiſti præ cæteris ut planè ſis benedicta pluſquàm cæteræ omnes mulieres*. Et*ſi enim multæ filiæ congregarint diuicias, tu tamen ſupergreſſa es uniuerſas*. En *chariſſimi fratres, qualis ac quanta diuæ uirginis excellētia, quāta dignitas ac quanta laus, quoniam ipſa ſit in mulieribus omnibus benedicta, quod concepit & peperit filium dei altiſſimi,* Ieſum Chriſtum, *dominum noſtrum*

& ſeruatorem, ſui uentris fructum benedictum, qui eam propterea benedixit inter omnes mulieres uarijs & rariſsimis benedictionibus, quibus nõ aliam eo benedixit modo, quemadmodum ex ijs, quæ paulopoſt dicturi ſumus, intelligere eſt·

DIVAM VIRGINEM MARIAM PROBARI LONGE PRAECLARISSIMAM ET DIGNISS· EX EIS QVIB· A DEO BENEDICTA EST BENEDICTIONIB· CAPVT XII·

QVIS INFICIAS eſt iturus, eam eſſe & haberi creaturã cæteris longe digniorem & præſtantiorẽ, quæ à deo magis eſt cæteris benedicta, & quidẽ eis benedictionib· quib· non alia dignoſcitur fuiſſe aut eſſe benedicta· Atqui hæc uel ſola & unica eſt deipara uirgo Maria, ad quã angelus à deo legatus, & Elizabeta ipſaſpirituſancto impleta ait· Benedicta tu inter mulieres· de qua uel ſola, inquã, Eccleſia, ueritatis columna & firmamẽtum, ex animo canit· palmam præfers ſingularem, nec in terris habes parem, nec in cæli curia, quæ ſine exem- 1·Timo·3·

plo placuiſti Chriſto domino. Nec quiſpiam mihi interim, & ſi qua eſt alia, recte obiecerit, Iudithā illam uere ſanctam, ad quā, quia uirtute dei caput

Iudith 13. Holopherni abſciderat, eoq; pacto Hebræos ab illo uindicarat, Ozias prīceps populi Iſrael dixit, Benedicta es tu filia à domino deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. Reſpondeo, negari non poſſe, quin & Iudith, & ſi qua eſt alia, eſſe poſſe benedicta ratione quapiā certa in omnibus, nequaquā tamen benedictionibus & iiſdem, quibus Maria uirgo, rationibus ueluti quoq; & uiri fuerint & ſint inter omnes benedicti, non tamen eis benedictiōibus quibus Chriſtus. Et quod etiam

Rho. 9. obfuerit dicere, uirginem Mariam fuiſſe ueram Iudith, in illa Bethuliana ueriſsime præſignatā, quæ ſola partu ſuo caput ſerpētis Olophernis adeoq; eius. ſ. potentiam diaboli abſcidit? nempe de qua illud oraculum multo uetuſtiſsimum fuiſſe dictum creditur. Inimicitias ponā inter te & mulierem,

Gene. 3. & ſemen tuum & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuū, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Qua ex cauſ ſa, illa in Canticis Solomonis adfirmatur eſſe ter=

Cant. 6. ribilis, ut caſtrorum acies ordinata, utpote ad quā malignus ipſe ſpiritus extremiſcat, non audens in eum, pro quo ſtat defenſatrix uirgo Maria. Proinde multo rectius hæc ipſa uerba in diuam uirginē

quā in

quàm in Iudith figuralem retulerimus, dicentes. ô Benedicta es tu filia à domino deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram. Te quidem benedixit dominus in uirtute ſua, quia per te ad nihilū redegit inimicos noſtros, Ideoq́; ille, qui creauit cælum & terram, nomen tuum in cælo & terra ita magnificauit, ut non recedat laus tua de ore angelorum & hominum, qui memores fuerint benedictionum, quibus te deus præ omnibus benedixit. Iudith. 13.

Quarum PRIMA EST, *fratres chariſſimi, qđ illam uel ſolam ab æterno ordinarit deus ille omnipotens, ut uirgo & mater eſſet filij ſui unigeniti, per quem erat mundum ſaluaturus, ut & ſaluauit qui eſt eius uteri fructus in æternum & ſuper omnia deus benedictus, ut ſpirituſſanctus per* Elizabetham *teſtatus eſt, inquiẽs.* Et *benedictus fructus uentris tui.* Et *ſolus ille ſingulariter benedictus, qui nequaquã ex uiro ſed ex ſola* Maria *proceſſit, qui & abſq; uiro & abſq; peccato producitur, nimirum à ſpirituſancto conceptus, & tamen uirginis* Mariæ *uteri fructus.* VNDE *cõfunduntur, qui* Chriſtum *confinxere phantaſticã habuiſſe ex* Maria *carnem, & per uirginem nõ ſecus atq; per aquæ ductum tranſijſſe. quandoquidem conſtet, omnem eſſe fructum eiuſdem cum planta naturæ, ſic & uirginem relinqui eiuſdem fuiſſe naturæ cũ* Rho. 9.

ſecundo Adam·ſ·Ieſu Chriſto, qui tollit peccata mundi, quoniam Elizabeta, ſpirituſancto inſpirata proinde benedictum fructum uētris adſeruit Mariæ, quā & propterea adfirmat eſſe ac dici ma
Lucæ·1· trem domini, dicēs, Vnde mihi hoc, quia uenit ad me mater domini·ſ·Meſſiæ, dei & regis· QVAE iiſce ſub uerbis humilitate prædita ſe omnino ex ſe indignam fuiſſe fatetur, ut à tanta uiſitaretur ſublimitate· At deus, qui ad infirma deſcenderat, ut ſeruum redimeret, uoluit in ſui aduentus primordijs, ſuum uiſitare ſeruum, & eum de clauſtris materni intra clauſtra materna ſanctificare· Nobis exemplum præbens, ut & qui cæteris dignitate præſtant atq; officio, minorum conſuetudine non dedignētur, ſed ſe erga illos humilient, mēores ſcri
Eccle·3· pturæ, quæ dicit·Quanto magnus es humilia te in
Iaco·4· omnibus, & coram deo inuenies gratiā·ſiquidem
1·Pet·4· deus ſuperbis reſiſtit, humilibus uero dat gratiam·
Lucæ·1· Nec poteſt, qui ſuperbus eſt, diu perſiſtere, quum ſupbo nihil ſit odibilius, quare & diua uirgo ait, depoſuit·ſ· deus ſuperbos & exaltauit humiles· Adeò quod ueritas ueriſſime dixerit·Omnis qui ſe
Luc·14·18· exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabi
Eſa·14· tur·Sic Lucifer ille, quia ſuperbus, deo ſe parē fore ſtuduerit, uſq; ad inferos eſt humiliatus & detruſus·Sic quia protoplaſti dijs quoq; pares eſſe uo

luerint

luerint,eoq́; pacto ſupbierint,humiliati ſunt à pa- Gene·3·
radiſo uſq; in hanc lachrymarum uallem·Sic quia Danie·4·
Nabuchodonozor ſuperbierat humiliatus eſt uſq; ad conditionem iumentorum, fœno quaſi beſtia ueſcens·E diuerſo,qui ſe humiliarunt exaltati fuere, ex q̃bus uel prima fuit diua uirgo Maria, quæ etſi eſſet gratia plena, & cum ea dominus, & ab æterno electa in matrem filij dei,regis regum,domini dominantium, non tamen ſe ſuperbo perinde titulo deam,non reginam,non dominam ſed famulam appellauit, dicens· Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecũdum uerbum tuum·Nihil prorſus ſibi tribuens,ſed ſe & ſua omnia dei eſſe proteſtans, ac ſe ſuaq́; omnia deo ſubijciens, id quod uere eſt humilitas humillima, unde & illã deus ſua gratia reſpexit & præ omnibus elegit,ut eſſet uel in hoc ſupra omnes beata & benedicta, quod ſola mater eſſet filij dei altiſsimi,ea ipſa ad Elizabethã dicen- Lucæ·1·
te·Magnificat anima mea dominum,& exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo· Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes·Agnoſcit ſanè uirgo humillima,non eſſe ſuum, quod omnes generationes dicturæ ſint ipſe beatam,ſed illius,qui reſpexit humilitatẽ, exiguitatem & nihilitatẽ ancillæ ſuæ·Quàm uero ſit uerum, quod uirgo Maria hic

adfirmat fore, quod ſe dicturæ ſint beatã omnes ge
nerationes uel inde fit perſpicuum. Siquidem duæ
leguntur generationes & ambæ Mariã dicere ac
dixiſſe beatã. Angelica quidem generatio illã bea=
tam dicit in perſona Archangeli Gabrielis dicen=
tis. Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu
in mulieribus. Illã & humana generatio fidelis bea
tam dixit ac dicit in perſona Elizabethæ, dicẽtis.
Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus
Lucæ.11. *uentris tui. Et beata, quæ credidiſti, quoniã perfi=*
cientur in te, quæ dicta ſunt tibi à domino. Et in a=
lia quoq; muliere, quæ ad Chriſtũ inquit. Beatus
uenter, qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti &c.
Quo nimirũ modo fideliſs. adhuc indies Chriſtia=
ni ac dei electi diuã uirginem, beatam adfirmant,
eãq;, ut decet, benedicũt. VIDEAMVS igitur
dilectiſsimi, ne nos excludamus à generationibus
illis angelicis & uerè fideliũ, dicendo eã in aliquo
fuiſſe maledictã, qn potius ſolum beatitudinẽ eius
cogitemus, quã deus ſic impleuit gratia, ſic ſupra
omnes mulieres benedictã reddidit, ſic reſpexit, ut
ipſam propterea uoluerit ab omnibus dici beatã,
qd' ſi ab omnibus, ergo à nullis maledictã. Quam
ſi quis male de ea ſentiendo uel loquẽdo maledixe
rit, certũ eſt ipſum à deo maledici, illã uero benedi
ctam manere in æternũ. Siquidẽ maledici nequeat,
qd' deus benedixit, quiq; illũ eſt maledicturus æter

naliter, q matri ſuæ, q̃ ipſe benedixit, maledicit, illo ipſo de hac matre ſua in benedictiōibus Balaã dicente. Qui benedixerit tibi, ſit ille benedictus, & qui maledixerit, ſit maledictus. Eam autẽ recte benediceemus, ubi quæ deus illi contulit animo perceperimus & admirabimur, admirãtesq; collaudauerimus, humilitatemq; ipſius & reliquas excellentiſſimas uirtutes ſequemur, interim cum angelo ipſo adeoq; cum beata Elizabetha dicentes. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus uentris tui. Quemadmodum in ſua oratione legatus angelicus ſapientiſſime, pſeqtur, cuius hic eſt epilogus. EIVS ad quem orator uel legatus mittitur, eſt, ut oratorem mãſuete ſuſcipiat & benigne audiat, ſapienterq;, ſicubi opus eſt, reſpõdeat. Orator uero eum ad quem legatus eſt PRIMO titulo dignitatis expreſſe ſalutat. ſic Angelus ait, Aue Maria. SECVNDO orationis facit exordium, in quo audientem conatur reddere docilem, attentum & beneuolum, quod facit angelus dicens, gratia plena dominus tecũ, benedicta tu in mulierib. TERTIO narrat, quid uelit aut fieri deſideret, et interim fructum ſuæ legatiõis perorãdo demonſtrat, qđ agit angelus, incipiens, Ne timeas Maria, Inueniſti enim gratiã &c. Ecce concipies in utero & paries filiũ &c. QVARTO per modum decla-

rationis oſtendit poßibilitatẽ & modũ eius quòd narrat, quodq́; fieri cupit cõfirmat, quod facit angelus, inquiens. Spirituſſanctus ſuperueniet in te & uirtus altißimi &c. QVINTO orationem concludit breuiter. Id quod facit angelus, dicens, Ideoq́; & quod naſcetur ex te ſanctũ uocabitur filius dei. SEXTO, probat quod narrauit & cõcluſit fieri poſſe, atq; ideo fidem perſuadere conatur, & hoc plerunq; dicto uel exemplo alicuius magnæ perſonæ. Id facit angelus, dicens. Et ecce Elizabet cognata tua & ipſa concepit &c. VLTIMO probationis .i. exempli, dicti uel facti rationem reddit, quòd itidem facit angelus, inqens. Quia nõ erit impoßibile apđ deũ omne uerbũ. Et hæc de oratiõe angelica, quæ ſapiẽtißime & ordinatißime oĩa cõtinet, quæ ad conſumatißimã ptinent orationẽ, quæ & diuã uirginẽ uel ideo inter oẽs mulieres benedictã eſſe arguunt, qđ deus ipſe eã præuenerit præ omnibus in dulcedine multarũ
Pſal. 20. & ſingulariũ benedictionũ, quarum primã audiuimus, ſubſeqũẽs eſt, ut & ſecundã breuiter audiamus. SECVNDA benedictio, qua deus diuã uirginẽ præ cunctis mulierib. benedixit, eſt, quia eã ab omni maledictione fœminei ſexus liberauerit. Triplici enim maledictione mulier quæq́; à deo facta eſt obnoxia ob primæ mulieris peccatum, quarũ eſt PRIMA, qđ quælibet mulier in erũnis

& dolore parturiat & pareat, deo ad mulierem Gene·3·
dicente· Multiplicabo erumnas tuas & conceptus
tuos· In dolore paries filios, & ſub uiri poteſtate
eris·Eſt autem idem ipſe dolor, ut aiunt, perquàm
ſimillimus dolori mortis, quo maior non eſt· ADDE
quod & ex hac maledictione mulieres uniuer
ſæ cum grauedine & moleſtia fœtus in utero ge=
ſtant, quemadmodum Tobias ad filium ait· Hono= Tobiæ·4·
rem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius,
memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula
paſſa ſit propter te in utero ſuo· hinc omnes filij
parentibus debent honorem & beneficentiam non
modo, quia ab illis educantur & inſtituuntur, ſed
& quia eos mater cum dolore geſtauerit & pepe
rit, quare & inhonorãtibus matrẽ maledicitur in
ſcriptura, quæ ait· Et eſt maledictus à deo, qui exa
ſperat matrem· Cæterum ab hac mulierum maledi Eccle·3·
ctione diua uirgo liberrima fuit, utpote, quæ ſine
peccato concepta, ſine quoq; peccato filium cõce
pit, quem & adeò ſine dolore peperit, ut de eius
partu Eſaias cecinerit· Germinans germinabit, id Pſal·64·
eſt, pariet letabunda & laudans· Et lætabitur, in= Eſaiæ·35·
quit Dauid, germinans, & iterum Eſaias· florebit
quaſi lilium, id eſt cum tanta facilitate pariet uir=
go Maria, quanta lilium florendo aperitur· Et hoc
eſt, quod ad eam angelus ait· Aue gratia plena, do

minus tecum, benedicta tu in mulieribus. Siquidē concipies ſed ſine peccato, grauida eris ſed nō grauata, paries ſed non cum triſtitia, neſcies uirum ſed gignes filium. Atq; profecto, mulier, quæ peccatum intulit mundo, quid aliud audiuit, quàm maledictionis uerbum? Multiplicabo erumnas tuas? Quid ergo, quæ paritura erat mūdo gratiam, gaudiū & ſalutē audire debuit, niſi benedictionis uerbum. Benedicta tu inter mulieres? porrò, ut illa fuit uniuerſalis mali inicium ex ſe ipſa, facta ſe inferior, & afflatu maligni, in hoc maledicta pluſquā cæteræ mulieres. Sic fuit iſta non ex ſe, ſed ſupra ſe, & dei dono inter mulieres tocius boni, tociusq́ue gratiæ inicium, in hoc benedicta pluſquàm cæteræ mulieres. TERTIA *maledictio mulierū, quod priorem maledictionem ſubſequuta eſt & altera, quæ eſt. Maledicta ſterilis in Iſrael. uerū hæc ſterilitatis maledictio, opprobrium eſt hominum, non peccatum, neq; enim ob aliud ſterilis dicitur maledicta, niſi quod opprobrio & contemptui ſit habenda tāquàm inutilis & infructuoſa in Iſrael. Maledictio autem parturitionis & peccatum habet in conceptione, & laborem in geſtatione. cruciatum in partus effuſione. Sed ab ijs omnibus libera fuit uirgo Maria, quoniam nec ſterilis permanſit, nec cum pudore cōcepit, nec in dolore peperit.*

quia enim

quia enim illa humillima & deum timens pocius uoluerit manere uirgo & ſterilis, dicens, quia uirum non cognoſco, & eſſe opprobrium hominum & abiectio plebis in Iſrahel*, commutata eſt illi à deo maledictio in benedictiōem, fœcunditateq; ſterilitas compenſatur· nec tamen fœcunditate uirginitatis integritas ablata eſt; ita ut non eſſet ultra in* Iſrahel *maledicta, neq; inter ſteriles deputata, quæ uirgo concepit & uirgo peperit, mater ſimul atq; uirgo citra exemplum, ideoq; ſingulariter inter mulieres benedicta, quoniam ab utraq; mulierum aliarum maledictione liberrima fuerit·* ET SANE *utranq; benedictionem exclamando innuit diua* Eliſabeta*, inquiēs·*Et *unde mihi hoc, ut mater domini mei ueniat ad me· matrem uocans oſtendit, quia ſterilitatis euaſerit opprobrium· dicens domini mei non filia* Dauid*, nō ſponſa* Ioſeph *uenit ad me, arguit illam integrā corpore, & ſanctam mente, ut quæ concepiſſet ac paritura eſſet dominum deū, altiſsimi filium, mundi ſaluatorem ſine uirili ſemine iuxta* Ezechielis *oraculum, qui collapſa eſſet reparaturus, peccata mundaturus, innocentiam tributurus, hunc illa agnoſcens & matrem uirginem innocentemq; non dubitauit·* O *humilitas uirginea, & uirginitas humilis, quæ ſic fœcundaſtis uirginem, ut uirgo pariat de i filium,*

Lucæ·1· Pſal·21· Eſaiæ· 7· Lucæ·1· Ezech· 44·

Nume. 23. *& humilis habeat dei ſponſum.* TERTIA *benedictio, quod illam deus fœcunditate non minus quam*
Nume. 24. *olim Iacob in prole, cuius numerus non erat, amplificauerit. Quis enim, inquit ſcriptura, numerare poſſet puluerem Iacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſrael? Sic quoq; quis diuæ uirginis ſobolem dinumerabit, quæ eſt illa ex Iacob ſtella multo lucidiſſima? Maria etenim etſi unius ſit per generationem*
Lucæ. 1. *hominis mater, omnium tamen per regenerationem hominum eſt mater, per imitationem uero uirginum. Ipſa quidem unum naturalem genuit filium, benedictum uentris ſui fructum, cuius eſt mater digniſsima, unde & facta eſt mater omnium credentium ſicut & Abrahã, pater olim dictus eſt fore multarum gentium, non utiq; per naturalem generationem, quia unius tantum gẽtis. ſ. Iudæorum pater fuit ſed per repromiſsionem, cui repromittebatur ſemen, in quo erant benedicendæ omnes tribus terræ. Quam ſanè paternitatem ille non niſi fide nactus eſt, quoniam credidit Abraham deo, inquit ſcriptura, imputatum eſt ei ad iuſtitiam. Iam uerò ſcimus, nos omnes, qui in Chriſto baptizati ſumus, Chriſtum induiſſe. Si autem nos Chriſti, ergo & ſemen Abrahæ, quod eſt Chriſtus, & ſecundum promiſsionem hæredes, qui & ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. Cuius gratia illum Euangeliſta*

Gala. 3. Gene. 12. 15. Rhom. 4. Gala. 4. Math. 1.

Matthæus

Matthæus primogenitum nominat, quẽ & apoſtolus primogenitum eſſe in multis fratribus, non utique ſecundum carnem ſed repromiſſiõem adfirmat unde ſubſequi nemo dubitat, ſi primogenitus eſt ipſe, & fratres habet ſecundo genitos. ſ. omnes in eum credentes, uirginem Mariam eſſe non unius tantum ſed multorum, non carnis propagatione ſed adoptione matrem per fidem. EST IGITVR *uel in hoc ſuper omnes benedicta uirgo Maria, quod pariens unum filium facta ſit ac eſt mater omnium. ſ. regenerandorum & credentium adoptione, ueluti quondam, Eua carnis ſucceſſione cunctorum uiuentium mater dicebatur, ſic uirgo Maria fide omnium credentium uerè mater appellari poteſt. Et hoc eſt, quod Eliſabeta ſigillatim ad illam proclamauerit, dicens. Beata quæ credidiſti. & quare? quoniam credendo cõcepit mente, & conſentiendo carne mater ſit filij altiſſimi, & ſubſequenti ſerie credentium omnium. De qua quidẽ benedictione & ipſa uirgo Maria in ſuo dulcifluo hymmo, cuius inicium eſt, Magnificat anima mea dominum &c. gratulabunda concinit in hæc uerba, & miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quæ, inquam, miſericordia? Illa nimirum, qua fecit illi magna, qui potẽs eſt & ſanctum nomen eius, qua illam humilem fecit matrem*

Rho. 8.
Geno. 3.
Lucæ. 1.

dei creatoris eius, quæ cœlo maior, terra fortior, orbe latior deum cepit, quem totus capere mũdus haud potuit, eum portauit, qui portat orbem, ſummumq́; genuit genitorem, nutriuitq́; omniũ uiuẽtium nutritorem. En qualis ac quanta *miſericordia, quæ & à progenie in progenies protenditur, in omnes timentes eum, ut .ſ. omnium illorum ſit mater, ſalutem multa ſolicitudine procurando, de ſe ipſa per ſcripturam dicens.* Ego *mater pulchræ dilectionis & timoris.* IGITVR, *fratres cha*
Eccle. 24. *riſsimi, in hac miſera lachrymarum ualle in tribulationibus & aduerſitatibus ob peccata noſtra conſtituti ad hanc noſtram matrem* Mariam *ſuper omnes mulieres uel in hoc benedictam, quod omnium noſtrum ſit mater, deuoto corde clamemus, orantes ut haſce noſtras aduerſitates, quæ ſunt à mũdo, à diabolo, à carne, ſuggerat domino noſtro* Ieſu *Chriſto, quatenus ille eas ita diſponat, ut no-*
Rho. 8. *bis tanquàm dei electis in bonum cooperentur, nec dubium, quin mater ipſa miſericordiæ, nosq́; ſupra modum, uti filios ſuos diligens, nos ſit exauditura, quam & ipſe dominus* Ieſus *proculdubio exaudiet, q̃ illi ut matri nihil denegabit, ſed dabit quodcunq; nobis ſalutariter orabit, quoniã ipſe eius ſit immaculati uentris fructus benedictus, è cuius*
Pſal. 18. *utero tanquam cœleſtis ſponſus de thalamo proceßit,*

cẽßit, quem ſaluo pudore concepit, & ſine corru- Lucæ.1.
ptione peperit, in cuius utero nouem menſibus eſt
moratus, quem uirgineis ſuis uberibus lactauit, cui Hebræ.4.
& ille dum uixit ad omnia ſubditus fuit, quam nũc 1. Ioan. 2.
adeò nõ pacietur ferre repulſam, ut quæcũq; illa pe
cierit, ipſe audiet, & audita, ut unicus noſter apud
deum patrem aduocatus, ad eundem non ſine pro-
fectu deferet, miſericorditer nos ſaluaturus.

QVARTA benedictio, qua deus opt. diuam uir
ginem Mariam præ omnibus benedixit, eſt, quod
eam in uita & conuerſatione uniuerſis uirtutibus
ita locupletanter ornauerit ut nulla ſit uirtutum,
quam illa non habuiſſet, unde ipſa non ſibi modo
ſed & alijs adeo in exemplum tanquam clariſsima
ſtella fulſit & illuxit, ut merito ſit ac habeatur in Ruth. 4.
myſterio illa Ruth, quæ eſſe debuerit exemplum
uirtutis in effrata, & haberet celebre nomen in
Bethlehem. Sanè Effrata & Bethlehem, domus eſt Ioan. 6.
panis. ſ. uiui, qui de cœlo deſcendit. ſ. Ieſu Chriſti, 1. Timo. 3.
cuius domus eſt Catholica Eccleſia, in qua, ſcriben Hebræ. 3.
te Apoſtolo, ipſe tanquam filius immo tanquam
dominus eſt, & dominatur. In ea nimirum domo,
id eſt, in Eccleſia, uirgo Maria eſt exemplum uir-
tutis unuſcuiuſq;, quæ illi ornamento fuit & alijs
æque, atq; in firmamento ſydus, quod creatum eſt, Gene. 1.
ut luceat ſuper terrã, unde & ipſa uirgo ſanctiſ-

Nume·24· *uocari cœpit, ut dudum diximus, Maria, id eſt, illuminata uel illuminatrix, quandoquidem ipſa uerè ſit nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius uniuerſum orbem illuminauit, cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes quàm corpora, fouet uirtutes, excoquit uicia· ipſa inquam, eſt præclara & eximia ſtella, ſuper hoc mare magnum & ſpacioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis, unde ſe quæque opt· uirgines & mulieres, immo & uiri ipſi, morum & uirtutum diſciplinam ſuſcipere poſſint ac debuerint·* PRIMO *ex uniuerſali eius uita & conuerſatione, qua poſt Chriſtum Ieſum, filium eius, dominum noſtrum nemo habuit neq; pulchriorem, neq; meliorem, neq; ſanctiorem, ad quã omnis noſtra uita & conuerſatio eſſe debuerit cõpoſita perinde ad ſpeculum quoddã, ut eius ſimus imitatores, ut & ipſa Chriſti, qui cum & illa uerè ad nos dicere poteſt· Exemplum dedi uobis· ſ· bene*
Ioan·13· *conuerſando, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis· utpote cuius omnes actus foris ita reſplẽduerint, ut uerè hoĩes uidentes eos potuerint*
Math·5· *homines glorificare deum & ſalutis exemplá accipere· quum certe in omnibus ſuis operib· diua uirgo nõ aliter atq; idæa quædam fuerit, unde omnis*

forma uirtutis & imago reſplēduit. ID QVOD facile accipimus ex eius in uniuerſum uita, quæ ſic habet. Virgo Maria, Annæ & Ioachim filia ex regali Dauidis progenie orta, à pijs parentib. poſt uota impetrata tēpli penetralib. eſt trima dicata, quæ uirtutis exemplū puellula nullius freta hominis ſubſidio in templū uel ſola per quindecim gradus aſcendit. Vbi quū aliquantiſper cum alijs ſanctis uirgunculis ex more commoraretur, ita ſe deo prorſus dicauit, ut nihil præter qd' deo dignū erat cogitauit & egit, utpote quæ orationi dedita & diuinis obſequijs, à mundo prorſus abdita, archanis uacauerit ſtudijs. Illa ſiquidem à prima luce ad tertiam diei horam ſedulo placando numini uacauit, inde ad meridiē lanificio, mox à cibo, qui illi parciſſimus fuit, reliquū diei diuinarū rerum lectionib. applicauit, ut quæ à nona diei hora ad primam facem quottidie Bibliacos lectitauerit libros, profuitq; plus uni uirgunculæ ſingularis lectio ad beatitatē & decus quā omnib. ſapientib. omnes Bibliothecæ, nimirū quæ inibi illum omni gratia & miſericordia inuenit, quem tantopere legendo quæſiuit. ſ. deum opt. à quo inter omnes in matrem eius filij ſelecta eſt. In quo illa nec primā ſimilem uiſa eſt, nec habere ſequentem. Quàm ſanè prærogatiuam nulla neq; angelica neq; humana

ſingua unquã ſatis eſt explicatura. Cæterũ æque ſemper uixit ad finem uſq; uitæ ſuæ uirgo illa laudatiß. Virgo erat mente & corpore, corde humilis, uerbis grauis, animo prudens, loquendi peritior, legendi ſtudioſior, intenta operi, uerecunda ſermone, nõ in incerto diuitiarũ, ſed in prece pauperis ſpem reponens, arbitrum mentis deum non hominem quærens. Nullum lædere, cunctis beneuelle, maiorib. aſſurgere, æqualib. non inuidere, iactantiam fugere. Parentib. obſequens, humilium amatrix, debilium non contemptrix, ſed inopum miſeratrix. Nihil toruum in oculis, nihil procax in uerbis. Nihil in actu inuerecundum, non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non uox petulãtior. ITA VT ipſa ſpecies corporis fieret ſimulachrum mentis & figura probitatis, quemadmodum ex ſingularib. ipſius uirtutib. quibus illa micuit, non obſcure intelligemus, unde omnes ſuam poſſunt exornare uitam, & quidem SECVNDO, uirtutum diſciplinam ex Maria tanquam ex lucido perinde ſpeculo ſuſcipere quimus, quoniã ipſa ſplẽduerit omnib. & quidẽ ſingularib. uirtutibus præ omnib. creaturis alijs. Eſt aũt VIRTVS uel Auguſtino definitore, bona qualitas mentis, quà recte uiuitur, qua nemo male utitur, quã deus in nobis ſine nobis operatur, ad bene beateq; uiuẽdum &

dum & ad ueram beatitudinẽ perueniendum magnopere neceſſariam. Quæ etſi multiplex tam à ſanctis quã à prophanis deſcribatur authorib. ipſe tamen ex omnibus uirtutib. quæ paßim ab alijs tractantur, duodecim uirtutes ſum recenſurus, quib. diua uirgo ita mirabiliter & abundanter inter omnes creaturas emicuit, ut eam per illas adornatã ſe uidiſſe Ioãnes beatiſſ. ille Theologus in ſua Apocalypſi gloriatur, dicens. Et ſignum magnum apparuit in cælo. Mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim, Mulier illa in cælo eſt, mulier illa inter omnes benedicta, uirgo Maria, mulier ſexu nõ actu Amicta. i. ornata ſole. ſ. Ieſu Chriſto, qui ſol eſt iuſticiæ, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, quo illa cœpit amiciri, quando eũ nouo mirabiliq; conceptu & partu concepit & peperit, quo uſq; adeò reſplenduit, ut propter gloriosum eius ſplendorem à Ioſeph cognoſci non potuerit, donec peperit dominũ noſtrum gloriæ, & ſolẽ iuſticiæ in utero habens. Quomodo cognoſceretur, ſi Moſi cũ deo colloquentis glorificata eſt facies, ut non poſſent intendere in eum filij Iſrael? Adde, quod & diua uirgo Maria, diuo Bernardo teſte, uelut alterũ ſolem induerit ſibi. Quemadmodum enim ille ſuper bonos & malos indiſcrimina-

Apoc. 12. Luce. 1. Malach. 4. Ioan. 1. Matt. 1. 2. Cor. 3. Exod. 34. Matt. 5. Luce. 6.

tim oritur, ſic ipſa quoq; præterita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnib. clementiſſ. præbet, omniũ deniq; neceßitatẽ ampliſſ. quodam miſeratur affectu. Sub pedibus quoq; illi-
Gene. 3. *us eſt luna, nimirum uerſipellis ille ſerpens, cuius caput contriuit, immo & omnis ſub ea eſt defectus, & quicquid eſt fragilitatis, corruptionis & mutabilitatis, quod per lunam ſignificatur, qua nihil corruptibilius, nihil fragilius, nihil deniq; eſt mutabilius.* FVERE *ac ſunt in huius clariſsime mulieris capite ſtellæ duodecim, id eſt, præci-*
Gala. 5. *puæ duodecim uirtutes, quas* Apoſtolus *duodecim fructus ſpiritus appellat, qui ſunt,* Continentia, *caſtitas, modeſtia, benignitas, bonitas, manſuetudo, fides, longanimitas, gaudium, pax, charitas, patientia. Hiſce nimirum ſpiritalib. fructib.* Maria *nõ ſecus atq; quibuſdã lucidiſſ. ſtellis radiauit intus quidem & foris adeo, ut uere de ea ceciniſſe pro-*
Pſal. 44. *pheta uideri poßit, inq̃s. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. Oĩs gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus.* Regina *nimirũ eſt* Maria, *ex regali progenie orta, mater regis angelorum, aſtans à dextris ante dominum ad aduocandum pro nobis, oſtendens & pectus & ubera, ad placandum pro nobis filium, aſtans, inquam, deaurato ueſti*

rato ueſtitu .i. amicta ſtola immortalitatis & oĩ preciosiore premio beatorũ, cuius filiæ regis gloria ab intus .i. uirtus, utpote quæ forinſecam gloriam & pulchritudinem nõ curauit, quamuis fuerit ſpecioſa præ filiabus hominum & mulierum pulcherrima .i. circumamicta uarietatib. ſ. omniũ & præcipue duodecim uirtutum. Quarum PRIMA *eſt continentia, quæ eſt ab actu generationis, & naturæ corruptibilitate abſtinentia, quæ tanta eſt uirtus, ut ſingulariter à deo creditur cõmunicari Solomone dicente.* Non *poſſum eſſe cõtinens, niſi tu dederis, quã tamen excellentiſsimã habuit uirgo Maria, quæ uirum nec mente nec corpore cognouit, nec cognoſcere uoluit, inquiens ad angelum.* Quomodo *fiet iſtud, quoniã uirum non cognoſco. Ipſa nimirũ eſt porta, quã* Ezechiel *in ſpiritu uidit, ad quã uox de cælo, porta hæc, inquit, clauſa erit, & non aperietur, & uir non trãſiet per eam, quoniam dominus deus* Iſrael *ingreſſus eſt per eam, eritq́; clauſa principi.* SECVNDA *uirtutum eſt caſtitas .i. omnis laſciuiæ abſtinentia, ab omni libidine prorſus aliena, quã tam habuit excellẽter* Maria *uirgo, ut ipſa dici meruerit caſtitatis ebur candens, quod quia eſt candidũ & frigidum, ideo per ipſum ferunt recte ſignificari caſtitatẽ, quæ frigida amat, quã in calore libido*

Cant. 5.

Sap. 8.

Lucæ. 1.

Ezech. 44.

regnet. TERTIA eſt modeſtia .i. in dictis factisq́; moderatio. quæ quanta in diua uirgine fuerit, faci le cognoſcimus ex eius ad angelum & Elizabetã oratione, qua nihil modeſtius excogitari poßit, ut ſuo loco diximus. QVARTA eſt benignitas & eſt in præſtãdo largitas & facilitas, qualis eſt ac fuit uirgo Maria, quæ ſuam præſtat opem facil lime omnib. eam inuocantib. Cuius in nuptijs in
Ioan. 2. Chana Galilææ argumentum præbuit lõge maxi mum, miſericorditer ad filium dicens. Domine ui num non habent. Vnde & ipſa alibi per ſcriptu
Eccle. 24. ram ait. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis
Matt. 5. me, & à generationibus meis implemini. Sic pa
Lucæ. 6. ter cæleſtis dicitur benignus, quoniam bene facit facile tam dignis quàm indignis. QVINTA eſt bonitas, quæ eſt quædam ingenij ſimplicitas & a nimi erga omnes dulcedo, qua omnib. bene uolu mus. Et ita ſanè uirgo Maria fuit bona, quæ nulli unquam male uoluit, ſed omnib. benefacere ſtudu
Lucæ. 2. it, quæ & pro nobis filium in templo & poſtea in
Ioan. 19. cruce offerri non recuſauit. SEXTA eſt mãſue tudo, quæ eſt quædam cõtra iram facilitas & tra ctabilitas, quæ refrenat paßionem iræ, ne frangat & contra rationem aliquid agat, nihil habens in ſe amaritudinis neq; in dictis neq; factis, cui co gnata eſt humilitas, quam maximam habuit diua uirgo

uirgo, quæ de ſe dicere uere potuit. Quia reſpe- Lucæ.1.
xit humilitatē ancillæ ſuæ, Ecce enim ex hoc bea
tam me dicent omnes generationes. de qua ſuo lo-
co plura diximus, quæ hic ob breuitatem tranſi-
mus. Certè tam manſueta tam tractabilis eſt Ma-
ria, ut nullum unquam ſpreuerit, nec adſpernatu
ra eſt unquam. Ideoq; ad ipſam accedere non tre-
pidabis ò peccator. Nihil enim aſperi in ea reperi
es, nihil auſterum, tota ſuauis eſt, omnib. miſeri
cordiæ ſuæ ſinum aperit, fitq; omnibus omnia, 1.Cor.9.
uti Apoſtolus quondam. SEPTIMA eſt fides,
& eſt, Inuiſibilium certa credulitas, quæ uel omni
um maxima in diua uirgine fuit, quæ prima omniū
incredibile penè in nouo teſtamento myſterium,
ſcilicet filij dei in ea incarnationis ſine uirili ſemi
ne, cuius ne humana quidem mens capax eſt citra
aliquā dubitationem, per ſolum angeli uerbū cre-
didit conſtanter, inquiens. Ecce ancilla domini, fi- Lucæ.1.
at mihi ſecūdum uerbum tuum. Quæ & propte-
rea dicitur ab eccleſia cunctas hæreſes ſola intere
miſſe, quoniam Gabrielis archangeli dictis credi-
derit, cuius firmitas & integritas omnem hæreſe
os impietatem ſiue contra diuinitatis myſteria, ſi-
ue ſuſceptæ à Chriſto humanitatis, penitus eliſit.
Vnde & tantopere diua Elizabeta eam commen-
dat, dicens. Beata, quæ credidiſti, quoniam perfi- Lucæ.4.

Lucæ.2. *ciētur in te, quæ dicta ſunt tibi à domino.* OCTA V A *eſt longanimitas, & eſt equanimis in labore boni alicuius expectatio & perſeueratio, qua non deficimus ob diuturnam boni expectationem, uel quamlibet magnis ingruentib. tribulationib.* Sic *certè longanimis fuit diua uirgo, quæ in maximis huius mundi laboribus & expectatiōe gloriæ per multos annos ſcilicet circiter ſexagīta ſemper ma gis feruens & auida ad omne bonum opus fuit, utcūq; innumeris & maximis ingruētibus aduer ſitatibus tribulatiōibusq; circūdata.* Quis *autem ſufficiet enarrare tribulationes & anxietates, q̄s ꝑpeſſa eſt, quando cū dilectiſſimo filio ſuo adhuc infantili & tenello in* Aegyptū *per inſidias latronum ſpacioſo & periculoſo itinere* Herodis *indignationem fugere cogeretur?* Quando *contra eūdem filium ſuum deinde tāto odio* Scribas & Pha*riſæos & ſummos ſacerdotes laborare uidit?* Quando *illum ab ijs capi, irrideri, flagellari, nudum crucifigi, ac mortuum ſepeliri conſpexit?* Quando *poſt illius aſcenſionem tot contra ſe & diſcipulos domini hoſtes inſurgere ſenſit?* In qui*bus tamen omnibus aduerſitatibus adeo fuit longa nimis, ut potuerit unà cum diſcipulis uere id* Apo
Rho.8. *ſtoli dicere.* Propter *te mortificamuur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, ſed in ijs omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.*

NONA *eſt gaudium,* & *eſt, ſingularis in deo* & *in donis ab eo collatis delectatio cum interna quadam perinde gratiarum actione. Sic Chriſtus gaudere monuit eos, qui ſuo nomine eſſent paſſuri, quoniam propterea ſummam eſſent beatitudinem habituri, inquiens. Gaudete* & *exultate, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Sic Apoſtoli, ait Lucas, gaudentes ibant à conſpectu concilij, quoniam digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati. Sic gaudium Maria habuit longè maximum, quando concepit filium dei altiſsimi, eiusfacta mater unica, dicens. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.* DECIMA *eſt pax, quæ eſt non ſolum cũ hominibus* & *in ijs rebus temporalibus, ſed* & *conſcientiæ cum deo opt. concordia* & *tranquillitas, quando .ſ. homo à uicijs* & *malis paßionibus dormit* & *in deo ſolo requieſcit, ſe illius uoluntati prorſus conformans. Cuiuſmodi profectò pacem habuit diua uirgo, quæ omnibus bene placere ſtuduit, neminem lædere ſed omnibus benefacere, cuius plane uoluntas fuit cõformis uolũtati diuinæ, dicens ad angelum. Fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Vnde* & *ipſa meruit prima omnium audire angelos in excelſis concinentes. Gloria in excelſis deo,* & *in terra pax hominibus bonæ uolũtatis*

Lucæ. 10. Act. 5. Lucæ. 1. Lucæ. 1. Lucæ. 2.

VNDECIMA eſt charitas, quæ eſt ſingularis quædam & talis diuinorum dilectio, qua prorſus ad ſuperiora illa, eademq; diuina & ita quidem eleuamur, ut hæc terrena & inferiora plane nihil reputamus, nec uidemur, quæ aduerſa nobis ſunt ſentire. Sic Paulus charitatem habuit, & cum eo omnes pij homines, quorum conuerſatio erat in cœlo

Phil. 3.

etſi in terra ambularent. Quis autem dubitat, non ſummam hanc habuiſſe charitatem diuam uirginē quæ ſemper (ut eſt auditum) intenta Bibliorum lectionibus diuina ſemper cogitauit, adeo, quod merito illa uirgo fuerit, quam Apoſtolus deſcribit, in

1. Cor. 7.

quiens. Virgo cogitat, quæ domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. hinc & ipſa ſe uocat, ma-

Eccle. 24.

trem pulchræ dilectionis, alibi quoq; dicens. Filiæ Hieruſalem, nūciate dilecto, quia amore langueo, & charitate uulnerata ſum. DVODECIMA eſt, paciētia quæ eſt propter ſpē alicuius (ut ita dixerim) meliorationis rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſsio, quando quis propter aduerſa contingentia non contriſtatur,

Iob. 1.

ſed æquo animo fert, cuiuſmodi fuit Iob, qui amiſſa omni ſubſtātia, familia & ſanitate corporis, in ijs tamen omnibus non peccauit, nec ſtultum aliquod contra deum locutus eſt. Qualis & Maria uirgo fuit adeo in omnibus ſuis & dilecti filij tri-

bulationib.

bulationibus & perſequutionib. paciens, ut uerè de ea dicat ſpiritusſanctus. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sane liliū non amittit pulchritudinem uel odorem inter ſpinas, ſic nec Maria amiſit inter tribulationes odorem pacientiæ. EN, *fratres chariß. hæ ſunt duodecim ſtellæ, id eſt, uirtutes partim morales, partim theologicæ, quas illi appellant, quibus inter cæteras uirtutes, quas ob breuitatem tranſeo, quæ & huc facile reduci queunt, diua uirgo mirabiliter redimita quaſi ex firmamento cœli ſplendeſcit, ut nemo ſit, qui ſe illinc non poßit ut ex ſpeculo decorare, & ſic cum ea adipiſci uel ex parte quintam illius ſuper omnes benedictionem, quæ non datur niſi uirtuoſis.* QVINTA *quidem benedictio, qua deus opt. Max. diuæ uirgini Mariæ benedixit propter eminentiß. ipſius uirtutes, eſt eius cum corpore & anima in cœlum ſuper omnes angelorum choros ſuſceptio & exaltatio, de qua mero nimirum gaudio Catholica Eccleſia toto terrarū orbe diem feſtum concelebrat, eius adſumptionem non minus cum lætitia commemorans quàm ad mirās, utpote, quæ omnium benedictionum quibus illa inter omnes à deo eſt benedicta non difficile uideri poßit admirabilißima & maxima, ut quæ communem naturæ legem à deo opt. late tranſgrediatur* Cant. 2.

HABET ſanè natura, ut quæ cœperunt in tempore, deſinant aliquando, & quæ creſcunt, etiam decreſcant, & olim orta, tandem intereant, & redeant, unde uenerunt, eò omnia, nec eſt, quod ſemper duret, & in id, quod fuit, non reuertatur. Quã ſanè legem naturæ author naturæ, deus ille omnipotens, apud quem non eſt impoßibile omne uerbum, nedum in reliquas creaturas & uita & ratione carentes, ſed in homines ipſos ſeriò conſtituit & ſanciuit ob ipſum, quo illius maieſtatem offenderunt, peccatum, dicẽs. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Vnde monet Eccleſiaſtes, memento, inquiens, creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm ueniat tempus afflictionis tuæ &c. & reuertatur puluis, id eſt corpus ex puluere factum, in terram ſuã unde erat, & ſpiritus redeat ad deum, qui dedit illum. Ab hac uero maledictione poſt Ieſum Chriſtũ ſui uentris benedictum fructum ſola uirgo Maria inter omnes mulieres benedicta fuit libera, nec alius hominum quiſquam. Porrò inſignem uitæ exitum & eum ſatis admirabilem pleriq; habuerunt, ſed qui hanc, de qua loquimur, benedictionem obtinuiſſent, poſt Mariam & Ieſum, uentris eius benedictum fructum planè nulli fuere. Helias prophetarum

Lucæ. 1.

Gene. 3.

Eccle. 12.

tarum unus cum toto curru, quo uehebatur & cæ 4. Reg. 2.
leſti igne ſublimis adſumptus ex hominum oculis Mar. 9.
euanuit, nec in terris eſt ab ullo amplius uiſus præ Lucæ. 9.
terquã in Chriſti congreſſu, uiuit adhuc uitam, Matt. 17.
ſed ut fides recepta eſt, humanis gentibus teſtis o=
lim & uindex futurus, ac tandẽ moriturus, in pul
uerem uertẽdus. Sic & de Enoch legitur & credi Gene. 5.
tur. Verum Chriſtus tertio poſt die quã cruci affi
xus erat, humanæ ſalutis author propria uirtute
reuixit, obtulitq́; ſe ſuis non uno uidendum loco
tractandumq́; etiam, ut fides ijs accederet, quorũ
humana ratio non erat capax. Sic etiamnum pro
certo tenet Chriſtiana pietas, corpus deiparæ uir Matt. 28.
ginis poſt obitum cælo illatum, nec fuiſſe in pulue Mar. 16.
rem lege naturæ redactum ſed omnis manſiſſe cor Lucæ. 24.
ruptionis immune. En omnium, quæ eſſe poſsit, be Ioan. 20.
nedictionum maxima, qua recte dicta & prædica 1. Cor. 15.
ta eſt ab angelo, & S. Elizabeta benedicta inter
mulieres, quõiam non ſit aut fuerit unquã mulier
cui ex æquo cõtigiſſet talis benedictio. Quamuis
diuerſo quidẽ modo pietas Chriſtiana de diua Ca=
tharina non omnino diſsimile tradat, utpote cuius
ſit corpus in terris angelorum miniſterio in parte
Arabiæ, ubi hodie uiſitur, miraculo collocatum,
ut quod in Syna monte conditorio illuſtretur, cola
turq́; uirgineũ corpus uno inſigniter loco, quo ſu=

it prouidentia delatum, at uero deiparæ uirginis omnes gentes omnibus terris colunt, tanto maiore ueneratione, quã ſi unus aliquis in terris locus eius eſſet conditorium adeptus, quod in cælum cũ anima mirabiliter eſſe translatum pro certo tenet ac credit Catholica eccleſia, cui nemo pius non libenter fidem adhibeat, quoniã illa ſit firmamentũ
1·Timo·3· & columna ueritatis, quæ nec hac in re mentiri queat, utpote cui ſubſcribat inibi SCRIPTVRA quæ per prophetam alloquitur Chriſtum in ſepulchro corporaliter iacẽtem, inquiens· Surge do-
Pſal·131· mine in requiem tuam, tu & Arca ſanctificationis tuæ· Quis, oro, eſt dominus, qui debuerit ſurgere? Nimirum Chriſtus eſt ipſe ſolus natura dominus,
Apoc·19· & dominus dominantiũ, rex regum· Vnde debuerit ſurgere? utiq; à morte & à carnis corruptione ex ſepulchro, quoniam non decuit domini ſanctũ id eſt Chriſtum, teſte propheta, uidere corruptio-
Pſal·15· nem· Quo debuerit ſurgere? Reſpondet ipſa in re-
Act·2· quiem tuam· Quæ eſt illa requies? uita in cælo æterna, de qua ipſemet ait· Hæc·ſ·Syon cæleſtis, re-
Pſal·131· quies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniã elegi eam· Et profecto rectiſſ· in uita æterna requi-
Apoc·7·21· es eſſe dicitur, quoniam ibi nulla ulterius ſit irre-
Ioan·6· quietudo, neq; mors, neq; luctus, neq; dolor erit ultra, in quã dominus uere ſurrexit, ſemel mortuus

qui iam

qui iam non moritur, cui mors ultra non domina-bitur, qui deo uiuit, in eius dextra ſedēs, in requie æterna, ad quam ex ſepulchro ſurrexit, uocante ipſum per prophetā ſcriptura, & dicente. Surge domine in requiem tuā. Quis cum eo ſurgat? Tu, reſpondet ſcriptura, & Arca ſanctificatiōis tuæ? Quæ eſt Arca? Nimirum diua uirgo, quā ſibi al-tiſsimus uti filij ſui tabernaculum, ſanctificauit, ubi eſſet carnaliter & ſpiritualiter manſurus ille, qui uere eſt ſanctus ſanctorū, Ieſus Chriſtus, filius eius unigenitus, in quo macula non fuit, ſed agnus ille puriſsimus & innocentiſsimus, in cuius ore do lus nunquā eſt inuētus. Et merito ſanè glorioſa uir go dici cœpit ac eſt Arca, non quælibet ſed illa, quæ, ut Apoſtolus ſcribit ex omni fuit parte circū texta auro, in qua adſeruabatur māna illud, quod de cælo dominus pluerat in deſerto. Fuit procul-dubio Maria uirgo Arca prorſus omni ex parte auro ſ. puritatis, caſtitatis, uirginitatis atq; adeo aliarum clariſsimarum omnium uirtutum foris ac intus ita mirabiliter decorata, ut uere credatur il-la eſſe decantatiſſ. in diuino pſalte. regina, quæ, pro-pter puriſsimas ſuas uirtutes aſtat à dextris ſummi regis in ueſtitu deaurato, circumdata uarietate ac cuius omnis gloria eſt ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta uarietatibus. In qua nimirum Arca

Pſal. 45.
Danie. 9.
Eſa. 53.
Hebr. 9.
Deut. 8.
Pſal. 77.
Ioan. 6.
Pſal. 44.

Ioan. 6. *ſic adornata undiq; auro puritatis in rei ueritate latuit manna illud uerum, non, quod (ut ait ueritas) patres illi ueteres in deſerto manducarunt & mortui ſunt, ſed, quod deus pater ille Opt. ex ſummo ſuo pectore de cælo dedit, quodq; de cælo deſcendit uiuum in arcã uirginalem, ubi nouẽ men-*
Ioan. 6. *ſibus delituit, de quo qui manducat, uiuet in æternum, illud, inquam, nobile manna, in illa glorioſa & deaurata arca uirgine. ſ. Maria adſeruatũ eſt,*
Eccle. 24. *quæ uel ideo in ſpiritu lætabunda dicit. Creator omniũ & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Vnde & ipſa quoq; uere præfigurata eſt per*
3. Reg. 10. *magnificentiſsimũ illum regis Solomonis thronũ de ebore grandi & ex auro fuluo adſabre conſtructum. Sanè fuit Maria uirgo myſticus ille thronus, ex ebore candido uirginalis puritatis, & auro fuluo feruidæ charitatis compoſitus, tam admirabili gratiarum & uirtutum ornatu, tanto ſanctitatis ſplendore & decore honeſtatis redimitus, ut in toto ſanctorum numero nunquã fuerit cõſimilis efformatus thronus, utpote, in quo uerus ille, ideq;*
Matt. 12. *uere ſummus rex Solomõ Ieſus Chriſtus ſedere &*
Lucæ. 11. *quieſcere per nouẽ menſes dignatus ſit. QVOD Eccleſia catholica non obſcure ſentit, in illius uirginis de adſumptione in cælum ferijs ſub oculos*
Lucæ. 19. *noſtros ponens Euangelium, quo Lucas deſcribit,*

dominũ

dominum Ieſum in quoddam caſtellum intraſſe, et illum inibi à muliere quadã nomine Martha fuiſſe exceptum, illiusq́; ſororem Mariam huius uerbum audiſſe, uerum & hanc optimã elegiſſe partem, ab ea non auferendam. Porrò uirginem Mariam nõ dubitamus nobile illd' fuiſſe CASTELLVM in quod dominus dominantium & rex regum, filius altißimi, dominus Ieſus Chriſtus, ſeruator humani generis myſterio incarnationis ſuæ in tempore plenitudinis eſt ingreſſus, quem illa in hoſpitium tam ſui corporis quã animi ſumma deuotione & religione excepit, quæ & tam Marthæ quã Magdalenæ & ſic optimam partem elegit, quoniam utriuſq; munere diligẽtißime & perfectiſſ. in terris eſt functa, quandoquidem ipſa non ſecus atq; Martha illud æternum uerbum dei æterni hoſpicio ſui corporis exceperit, quæ & frequẽs fuerit circa miniſterium, ſolicita & turbata erga plurima, quum illum conceperit, quum illum in diuerſorio in ſumma inter alienos pauptate pepererit, quum illum uirgineis ſuis manib. ad pectus amanter attulerit, quum illum pannis inuoluerit, quum illum in præſepium (quoniã nullus erat alius in diuerſorio locus) poſuerit, quũ illum uirgineis ſuis uberibus lactauerit & pauerit, quum pro illo triũ regum magorũ munera regie ſuſceperit, & p illo

1.Timo.6.
Apoca.19.
Gala.4.
Matt.2.
Lucæ.3.

digne reſponderit, quũ illum ab hoſtib· caute tuta ta ſit, & ab ijs in Aegyptum Hærodis furorẽ pertimeſcens longiſsimo & duriſsimo itineris ſpacio fugerit, & annis poſt ſeptẽ exactis in Iudæã multis ſolicitudinib· & laboribus redierit, quando cũ illo uſq; in mortẽ inter inimiciſsimos etiam hoſtes

Ioan·19· conſtãs fuerit, ac iuxta crucẽ doloroſa & pluſquã anxia ſteterit, ſuſceptura illum uel mortuũ, quem uiuum ineffabiliter dilexerat, nimirũ ubiq; & tã in uita quã in morte illius ſolicita circa frequens miniſteriũ Martha, quæ & nihilominus interim

Lucæ·2· uera fuit Maria, ſoror Marthæ, quoniã ſtans & ſedens illius uerbum uoce non modo diligẽtiſsime audiuit, ſed & totum in corde ſuo & adeò conſeruauit, ut quicqd pleriq; omnes tam Euangeliſtæ quã Apoſtoli de miniſterio uerbi æterni uel ſcripſerũt uel cognouerũt, illď poſt Chriſti Ieſu in cœlos aſcenſionẽ ex diua uirgine Maria, unica oĩm dei myſteriorum magiſtra, plenius hauſiſſe & accepiſſe credantur, quæ & in hoc diutius poſt mortẽ filij uixerit, ut illi haberent, quã de ſecretioribus filij dei negocijs interrogarent· SALVE igitur

Ioan·6· Arca præcioſiſsima, quæ manna noſtrum uerum

3·Reg·10· & uiuũ Ieſum Chriſtum, de cœlo deſcendntẽ ad-

Matt·12· ſeruaſti· Salue throne Solomonis magnificentiſsi-

Lucæ·11· me, in quo magnificẽtiſsimus ille rex Solomõ ue-

rus in

rus in ſua maieſtate glorioſius ſedit. Salue munitiſſimũ & nobiliſſimũ caſtellum, quod tantũ regem & dominũ tam glorioſe tã digne ſuſcepiſti, hoſpicio nimirũ corporis. Salue ſolicitiſſima Martha, quæ circa domini tui adeoq; noſtri oĩm myſteriũ ſategiſti, nihil planè obmittẽs, qđ pia fideliſq; mater ſuo debeat ac poſſit exhibere dilectiſſ. filio, ubiq; præſens, ubiq; ſeruiens & cõſtans, Salue optima Maria, quæ ita uerbũ dei audiſti, ut & nobis illud nunc nõ deeſſet, quæ & ideo optimã partem elegiſti, quoniã diuina & cæleſtia nõ minus contemplata ſis quã anxie executa, quæ & ideo nũc optimã partem inter oẽs in cælo obtines, quæ in terris fuiſti & optima & inter oẽs benedicta, quæ nimirũ pars inibi nunquã tibi auferetur, utpote, quæ, ut filius tuus, ſemel mortua & reſuſcitata, deinde nunquã ſis moritura, quæ uiuis ac regnas à dextris regina cælorũ. CVR OBSECRO, *fratres, aliter uel ſentiã uel dicam. quando ita me ſentire & dicere cogat ſcriptura, dicẽs. Surge domine, in requiem tuam, tu & arca ſanctificatiõis tuæ, nec poſſit eſſe arca alia quã Maria deipara, in quã rectiſſime oĩa, quæ de Arca traduntur, & undecũq; quadrẽt. Nec caret ipſa ſcriptura, quæ ex ſpirituſancto cõſcripta ſolui nequit, adeoq; nec fides noſtra de adſumpta corpore & aĩa ſimul in* Pſal. 131. Ioan. 10.

Pſal. 15. cælum Maria ratione. Siquidē Chriſti caro, pro=
pheta teſte, uidere corruptionē nō debuit, ꝑfecto
nec illam uidere debuit uirginis Mariæ caro, quæ
unius eſt cum illa naturæ, quū in ea uerbum ſit ca=
Ioan. 1. ro factū. quum igitur Chriſtus filius Mariæ uni=
genitus uere ſit corpore & anima in cælū adſum=
ptus, dubitari nequit, quin & glorioſa uirgo Ma=
ria corpore ſimul & anima uere ſit eò adſumpta,
cuius caro, quo ad unitatē corporalis naturæ, ea=
dem eſt, quæ Chriſti. ATQVE certe quur domi
nus & rex gloriæ nō æque cum aīa corpus glo=
rioſæ uirginis in cœlū ad ſe ſuſcepiſſet, quod cum
hic perinde caſtellum quoddā hoſpicio tam grato
& religioſo excepit animo? ubi quæſo tantus quā
in cœlo theſaurus adſeruari rectius & uenerari po
tius poßit ac debuerit? Et quidē maxime, quū uir=
ginis hac in terra corpus tantopere Chriſto Ieſu
miniſtrauerit, ubi poſſet ac deberet quā in cælis
cū Chriſto decentius eſſe, quando uix alioqui ue=
Ioan. 12. rum redderetur, qđ Chriſtus, ipſa ueritas dixit.
Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. At non fu
it unquā, ut dictū eſt, maior miniſter Chriſti, cor=
pore deiparæ matris, quod proinde tā pie quā re=
cte credimus, poſt obitū cælo fuiſſe illatū, cuius
nec ulla ſepulchri ueſtigia extent in terris, ſe=
pultiúe corporis mēoria, quæ huic piæ poßit fidei
quoquo modo refragari, quæ planè cōfirmat epi=

logum angeli & Elizabetæ ad Mariã dicentis. Benedicta tu inter mulieres. Quare? quoniam ſo la ſic tibi inter mulieres benedixit altiſſimus, ut corpore ſimul & aĩa in cælũ ſis ſuſcepta, inibi uiuens & regnãs tanquã uera cælorũ regina in æternum. IAM VERO charisſ. fratres, quis co gitare ſufficiat, quã glorioſe in cœlũ hinc mundi regina ꝓceſſerit, & quanto deuotionis adfectu to ta in eius occurſum cæleſtiũ legionum multitudo ꝓdierit, quib. ad thronũ gloriæ canticis ſit deducta, quã placido uultu, quã ſerena facie, quã diui nis amplexib. ſuſcepta à filio, & ſup oẽm exaltata creaturã, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cũ ea gloria, quæ tantũ decuit filiũ. Nec enim dubitabimus tantũ illam in cælis gloriæ ſingularis obtinere, quantũ gratiæ in terris eſt adepta. Quod ſi oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe, qđ præparaſſe credimus gignẽti ſe, &, quod omnib. eſt certũ, diligenti præ omnibus? O felix planè uirgo Maria, eadẽq; inter oẽs benedicta, tũ quia ſaluatorẽ ſui corporis hoſpicio excepit, tum qđ à ſaluatore ipſo in cœlũ ad ſe excepta ſit, utrobiq; mira matris dignitas, utrobiq; amplectenda maieſtatis dignatio, qua matrẽ ſuã ad dextram ſuam ſup oẽs choros angelorũ exaltauit, in-

Eſa. 64.
1. Cor. 2.

Cant.4. quiens, Veni, dilecta ſpõſa mea, ueni, coronaberis.
3.Reg.2. Nũc mater mea dilectiſsima pete, neq; enĩ fas eſt, ut auertã faciẽ tuã. O fidelis ſermo & omni acceptione dignus. O uerbũ uere gratioſum gratia & ueritate plenũ. Pete mater mea dilectiſſima, neq; enĩ fas eſt, ut auertã faciem tuã. Quid nobis auditu poßit eſſe uel gratius uel optatius uel lætius, ut q̃ ſumus, qui opa plane & interceßiõe Mariæ indigemus apud filiũ eius dilectiſſ. dominũ noſtrũ ſeruatorẽ, ut & ipſe apud patrẽ nobis ſit aduocatus & mediator. NON eſt igitur, fratres dilectiſſ. qđ lugeamus ob benedictæ matris abſentiã, q̃ ſua apud filiũ dilectiſſ. interceßiõe ſemp præſens eſt. Lætemur, pinde potius ex aĩo, qđ eõ, quo oẽs tẽdimus, præceſſerit nos regina noſtra, et tã glorioſe
Cant.1. ſuſcepta ſit, ut fiducialiter ſeq̃mur dominã ſeruuli clamãtes, trahe nos poſt te, in odore unguentorũ tuorũ currem9 Aduocatã, inq̃t Bernar. præmiſit peregrinatio noſtra, q̃ nõ ſecus atq; mater iudicis & mater miſericordiæ ſuppliciter et efficaciter noſtræ ſalutis ptractabit negocia. Et ſane precioſum mun9 terra noſtra direxit in cælũ, ut dãdo & accipiendo felici amiciciarũ fœdere copulẽtur
Eſa.4. humana diuinis, terrena cæleſtib. ima ſummis. Il-
Iaco.1. luc enĩ aſcendit fructus terræ ſublimis, unde data
Ephe.4. optima et dona pfecta deſcẽdunt. Aſcẽdens pinde diua uirgo deipara in altũ corpore & aĩa, homi

nibus quoq; largitur dona· Quid ni largitura eſ= Pſal·64·
ſet? Siquidē nec facultas ei deeſſe poterit, nec uo=
luntas· Regina cælorū eſt miſericors· Ipſa deniq;
mater eſt unigeniti filij dei, qui prorſus ei nihil de
negat, qui illā maximopē diligit, in cuius uirgineo
utero tanquā in nobiliſsimo caſtello nouē menſib·
ſpiritu & corpore requieuit, quam et ideo ſimul
amat & honorat, qui matrē nuſq̄ nō et nullo non Exod·20·
tēpore uenerandā uoluit, exemplū nobis in ſua ſu Matt·15·
per oēs benedicta matre relinquēs, quā ſummis lau Mar·7·
dibus ad ſe in cæleſte ſuū caſtellum corpore ſimul
& aīa ſuſcepit, ad illā tota cæleſti Ierarchia præ=
ſente dicēs· Veni electa mea, et ponā in te thronū Pſal·44·
meum, quia rex et filius tuus cōcupiuit ſpeciē tuā· Pſal·56·
Ad quē illa, paratū, inquit, cor meū domine, para Cant·4·
tum cor meū· Et ille rurſus· ueni de libano ſponſa, Pſal·39·
ueni coronaberis· Atq; illa ediuerſo, Ecce uenio,
ait, qa in capite libri ſcriptū eſt de me, ut facerē uo
luntatē tuam deus, qa exultauit ſpūs meus in te ſa Luc·1·
lutari meo· Ecce eni ex hoc beatā me dicēt oēs ge=
nerationes· ſiquidē mihi magna fecit, qui potēs eſt
& ſanctū nomē eius· Quo ocyus dicto, ꝓgreditur
uirgo ſpecioſiſſ· et prudētiſſ· aīa ſimul ac corpo
re aſcēdens honore tāto et tripudio, quantū ligua
nec angelica nec humana ſit unq̄ eloquutura. Atq;
quā uidentes angeli & archangeli, imò oēs cæle=

ſtes ordines ineffabili admiratione ꝓclamāt. Quæ
Cant. 3. eſt iſta quæ aſcēdit de deſerto delicijs adfluens in=
Cant. 8. nixa ſuꝑ dilectū ſuum. Et rurſum altero ex latere.
Sapi. 3. Hæc eſt reſpōdent, quæ neſciuit thorū in delictis,
Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalē, ſicut uidiſtis
eam plenā charitate & dilectiōe, habitura fructū
in refectione animarū ſanctarū. Quibus in hūc mo
dum pinde geſtis atq; mutuo dictis illa ab unigeni
to filio ſuo, adeoq; à deo opt. Max. corona ꝑpetui
tatis eſt decorata, iam olim cum eodē uiuens ac re
gnās in uita nunq̄ finitura, in gaudio prorſus in=
deficiēti, in pacis requie, in cōuerſatione ſecura,
in refectione interminabili, in luce inacceßibili, in
die nō ueſperaſcēte, in gloria inenarribili, ī eo ni=
Apoc. 7. mirū caſtello, ubi uera eſt uita æterna, neſcia finis
ubi nec eſurie nec ſiti premitur, ſuper quā nec ſol
nec eſtus cadit, ubi eſt habitatio ineffabilis, ac lu=
men neſciens tenebras, utpote in eo ſplendeſcens
Apoc. 21. caſtello, qd' neq; ſole neq; luna, ut inibi luceant,
indiget, claritate dei illuminatū, ubi illam nec ca=
liginis umbra obfuſcat, quæ lumen toti olim mūdo
peperit, quā nec cōciſionis cōtritio cōtinget, quæ
uas meruit fieri ſaluatoris, q̄ uel ideo nunc recipit
materni uteri pignora, educatiōis mercedē, lactis
et eſcæ uicißitudinē. Quis igit, frēs chariſſ. nō illā
oportuno nūc tēpore cū angelo adeoq; cum beata
Elizabeta ex aīo religioſa deuotiōe ſalutet, dicēs.

Aue Maria gratia plena, dominus tecum, benedi= ſta tu inter mulieres, id eſt, ſuper omnes mulieres, nimirum uel in hoc ſolo, quod ipſa uel ſola ſis uni= cè anima ſimul & corpore in cœlum iampridem adſumpta, nō ut Helias, nec ut Paulus in cœlū tran ſlata ſed uſq; ad regalē tui filij thronum glorioſiſ= ſimè ſuſcepta, caſtellum illud inhabitans longè mu nitiſsimum, cui te quondam uirgineo corpore ho= ſpitium perinde atq; caſtellum exhibuiſti· Lucæ·1· 4·Reg·2· 2·Cor·12·

SVPEREST *fratres ut eam, quæ norma eſt uiæ ad caſtellum illud nobiliſsiumm, ſequi ſtudeamus, ijdemq; effici caſtellum Chriſto ſatagemus, in quo ille hic ſua gratia ſit inhabitans, atq; nos in illo ali= bi per gloriam poſsimus inhabitare· Cuiuſmodi ut fieri mereamur, cum Maria partem eligamus opti mam, à nobis non auferendam, contemplationi ſi= mul cum Maria, & cū Martha actioni indulgen= tes·* PRIMO *cum Maria ſedeamus ſecus pedes Ieſu Chriſti, id eſt, cum humilitate audiamus uer= bum illius, nempe in eius duntaxat gloriam & in noſtram pariter ſalutem, quod aliter auditum non promouet· hinc propheta, declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis· Si= quidem deus ſuperbis reſiſtat, humilibus autem dat gratiam·* SECVNDO, *ſatagemus frequentes circa miniſterium domini, id eſt, ſtudeamus opere* Pſal·118· Iacob·4· 1·Pet·4·

ſequi & perficere, quod uerbum domini intendit, ſiquidem nihil ad ſalutem proficiat, qui uerbũ dei, duntaxat audit, non etiam facit. Illi enim uerè au-
Matt. 13. diunt uerbum dei, qui illud in corde bono & opti-
Lucæ. 8. mo audiunt & retinent, & fructum adferunt in pa
cientia. hinc aliàs dominus, beati, inquit, qui audi unt uerbum dei & cuſtodiunt illud. Vnde motus di uus Iacobus grauiter admonet, dicens. Eſtote facto
Iacob. 1. res uerbi & non auditores tantum, fallentes uoſ metipſos. Ita nimirum diua uirgo unà cũ Martha non modo audijt uerbum domini ſed & ſategit cir frequens miniſterium, id eſt, ſtuduit facto implere quod uerbum uoluit. De ea quidem alibi Euangeli ſta ſcribit, quod omnia uerba cõſeruauerit, in cor
Lucæ. 2. de ſuo conferens. Ea propter ſpiritu & corpore fieri meruit caſtellum domini, quo filium altiſsimi hoſpicio recepit, à quo & ipſa nunc ſuſcepta eſt hoſpicio, qui & nos ad ſe tanquam in nobile quod dam caſtellum recepturus eſt, ubi prius modo, quo dixi, caſtellum illi per diligentem uerbi eius auditi onem & operationẽ efficiemur. Eius. n. hæc eſt ꝓ
Ioan. 14. miſsio. Si quis diligit me ſermonem meum ſerua- bit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Quod ſi ita factum fuerit, merebimur & ipſi aliquando cũ diua uirgine Maria benedici in cœleſti patria, quo

& corpore

& corpore & anima ſimul in reſurrectione iuſtorum recipiemur, euidentius intellecturi & hanc, de qua hactenus, benedictionem uirginis eiuſdem, cuius. SEXTA *eſt benedictio efficaciſſimæ pro nobis apud deum optimum.* Max. *interceſſionis. ſanè audiuimus ex ſuperiore loco dictis diuam uirginem* Mariam *ex hac lachrymarum ualle nobis æquè atq; ſibi in cœlum anima ſimul & corpore eſſe ſuſceptam, quod illic aduocatam pro nobis agat, quæ tanquam mater iudicis & mater miſericordiæ ſuppliciter & efficaciter noſtræ ſalutis negotia pertractet, deum pro nobis interpellatura.* Nec *inibi dubium alicui ſuboriatur, utrum uirgo* Maria *cum cæteris unà ſanctis pro nobis rectè dici queat & eſſe aduocata, quum* Apoſtolus *ille gentium(quem aduerſarij contra nos adlegāt) dixerit, unum eſſe mediatorem dei & hominum, hominem* Chriſtum Ieſum, *qui dedit redemptionē ſemetipſum pro omnibus, qui et noſter ſit apud patrē, ut aliud* Apoſtolus *ait, aduocatus & pro peccatis non modo noſtris ſed & tocius mundi factus propiciatio, qui proinde ſolus ſit inuocandus, qui ſolus intercedere poſſit.* SIQVIDEM *reſpōdendum putauerim, negari haud poſſe, nec inficias ire quenquàm ex nobis, unum eſſe .ſ.* Chriſtum *hominem dei & hominem eſſe mediatorem, ut qui*

1. Timo. 2.

1. Ioan. 2.

*ſolus ſine macula myſterio ſuæ humanitatis reli-
quos omnes homines peccato obnoxios deo patri
reconciliauerit atq; ſic ab eius indignatione rede-
Rho·11· merit, ac ad hunc modũ unus inter patrem & ho
Ephes·2· minem factus mediator & aduocatus, in quo & ꝑ
quem ipſius quoq; ſancti & electi deinde eſſe poſ-
ſint & mediatores & aduocati non per redempti-
onem ſed per interceßionem, ſiquidem ſolus Chri
ſtus θεάνθρωπος ſit unus per redemptionẽ me
diator & ſolus ſaluator, quoniam ſolus redemerit
Act·4· genus humanum, in cuius ſolo nomine orari & ſal
uari poßit, per interceßionem uerò, qui eius pro-
nobis noĩe queãt interpellare plures quidẽ ſunt,
Iudic·3· quemadmodum plures ſcriptura ſaluatores com-
Neomiæ·9· memorat· Quo nimirum pacto Othoniel ſaluator
Gene·41· idemq; Ioſeph in ſcriptura, quæ ſolui nequit, ap-
pellari ſolet, quæ & aliàs, dediſti eis, inquit, ſalua
tores, qui ſaluauerunt eos· quæ & eadem ſcriptura
Deut·5· Moſen adfirmat medium fuiſſe & ſequeſtrem in-
ter deum & Iſraelitas· Quod nedum de uiuis ſed
æque de ijs, qui hinc ad cœlum diſceſſerunt, legi-
mus· Etenim deus ille Max· in Iſraelitas olim pro-
pter eorum peccata animaduerſurus adeo ſe ait in
eos indignatum, ut ſi etiam coram ſe ſteterint Mo
ſes & Samuel, utpote magni meriti apud ſe homi
Hiere·15· nes, qui dudum in humanis eſſe deſierant, animã
ſuam non*

ſuam non eſſe ad populum ipſum. Quibus ſane uer
bis arguit propheta ſanctos in alia uita pro alijs
orare. quemadmodum & ipſe oraſſe pro ciuitate
Hieroſolymitana & pro eius incolis traditur, de
quo dudum defuncto ad Iudam Machabæum dixit 2.Mach.15.
Onias (qui & ipſe dudum uita defunctus erat) hic
eſt fratrum amator & populi Iſrahel, hic eſt, qui
multum orat, pro populo & uniuerſa ſancta ciui
tate, Hieremias propheta dei. ET RECTE
nimirum qui cum deo ſunt iam olim defuncti pro
nobis apud deū intercedunt, quum id ipſum Chri=
ſtus caput eorum iuxta humanitatem faciat, quē
procul dubio alij dei electi membra ipſius, quorū 1.Cor.12.
eſt pro alijs eſſe ſolicita, ſequūtur pro alijs ut ipſe
orantes, qui & uiuentes pro alijs orare ſoliti ſint
ac debuerint ex fraterna, quæ omnibus à Chriſto
demandata eſt, charitate. quandoquidem Iacobus Iacob.5.
dixerit ad nos, Orate pro inuicem ut ſaluemini, ad 3.Reg.17.
ducens ex ſcriptura Heliæ orationem. hinc Apo= Rho.15.
ſtolus, obſecro uos, inquit ad Rhomanos, per do=
minum noſtrum Ieſum Chriſtum & per charitatē
ſpiritus ſancti, ut adiuuetis me in orationib. ueſtris
pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus qui ſunt
in Iudæa. qui itidem cohortatur Timotheum ut
procuret orationes, obſecrationes, petitiones et 1.Timo.2.
gratiarū actiones fieri pro regibus, principib. &

pro omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt.
Lucæ. 23. Quid multa? quum & Chriſtus in cruce pro aliis orandi nobis exemplum reliquerit, quando & ipſe pro alijs orauit, idemq; exemplum per ſingularem orandi formulam præſcripſit in oratione dominica, in qua oramus non modo nobis ſed &
Matt. 6. aliorum peccata à deo dimiſſum iri. Si igitur ſan-
Lucæ. 11. cti dei Apoſtoli, Martyres & Confeſſores, dum adhuc in humanis fuere, pro nobis interceſſerũt tanquàm ex charitate membra, quur non idipſum demortui, & nũc in cœlo, agerent, quũ utiq; quã an-
1. Cor. 13. tea ſint in charitate quæ nõ excidit perfectiores et potẽtiores, mẽte puriores, tẽpore oportuno iuxta
Pſal. 31. ꝓphetæ oraculum pro aliorum in terra iniquitate intercedere non ignari? SIN dixerit quiſpiam rem uideri indignam ſanctis, ut nunc, ut uiui olim in cœlo pro nobis aduocent, ſubſequens eſt, ut & Chriſto ſit indignũ, ut pro nobis intercedat apud in cœlo patrem. Sin orare apud deum patrem pro alijs adeò ſit excellens, ut præter Chriſtum alij nõ cõueniat, profecto ſubſequi neceſſũ fuerit, nec ſanctis adhuc uiuentibus cõuenire, & ita dominũ male nos docuiſſe in ſua oratiõe dominica. Sed abſit, quicquàm horum ſentiamus, immo authoritatæ ſcripturæ, uirtute rationis, uſu totius Catholicæ eccleſiæ adeoq; omniũ piorum hominum inſtituti

credamus firmiter, ſanctos dei in cœlo electi pro nobis intercedere, eorumq́; meritis nos quod verè petimus à deo poſſe exorare, quemadmodum non parum multi oraſſe & impetraſſe in ueteri teſtamento leguntur. Sic orat Moſes populo peccante Exodi.32. intercedens. Recordare Abraham, Iſaac & Iacob ſeruorum tuorum. Et paulopoſt ſequitur. placatus factus eſt dominus. Sic Azarias in fornace ſuccēſa orat. Ne auferas à nobis miſericordiam Daniel.3. tuam domine deus noſter propter Abraham dilectum tuum & Iſaac ſeruum tuum, & Iacob ſanctū tuum. Sic Ezechias diuinum poſtulans contra inimicos auxilium, audiuit ad ſe deum dicere. Protegam urbem hanc, & ſaluabo eam propter me & propter Dauid ſeruum meum. Sic Eccleſia Catholica in ſuis Lætanijs pie confugit ad quemlibet 4. Reg. 20. ſanctorum dicens. ora pro nobis ſancte Petre, paule, Andrea &c. nimirum, ut eorum precibus adiuuemur in eius quod à deo poſtulamus conſequutione. IAM uero ſi quilibet diuorum pro nobis poßit apud deū intercedere, nosq́; eius apud illum oratione in oportuno tempore adiuuare, quanto magis glorioſa uirgo deipara Maria? quæ tanto ſuper omnes in omnibus eminet ſanctos quanto ſol & Luna ſuper omnia ſydera minora, immo quæ maior eſt omnibus ſine cōtrouerſia, quemadmodū

Sol & Luna lucidior, & luna ſyderibus, ita Maria omnibus eſt creaturis dignior. de qua rectè hoc Poetæ paucis inuerſis dicere poßis. uerum hæc tantũ
Virg. Ae1. alias inter caput extulit omnes Quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreßi. Hæc nimirũ ſuper oẽs abunde habet, quæ optimi ſunt interceſſoris quorum plerunq; ab oratoribus quinq; recenſentur. PRIMO quidem bonus eſt & percommodus interceſſor, qui prudens eſt, utpote cognoſcens quid & quomodo petere debet, ac quo in tempore .ſ. oportuno, qualis profectò eſt diua uirgo, ut quæ uel ſola peperit eũ, in quo, teſte Apoſtolo, omnes ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcon
Coloß.12. diti, quæ & domus eſt illa, quam ſibi æterna ſapi
Prouerb.9. entia ſeptem excidit columnis .ſ. ſeptem ſpiritus ſancti donis, unde oĩs abeſt error adeò, ut ipſa
Pſal.31. pro iniuſtitia noſtra tempore opportuno, iuxta prophetam, orare deum nouit. Nec aliud poteſt uelle aut petere quàm deus ipſe uult, cuius uoluntatem in cœlo omnes ſancti norunt & faciũt, id quod ſummã eſſe iudicamus prudentiam, unde & ipſe dominus orare nos ad deum docuit. Fiat
Matt.6. uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra, id eſt, da ut
Lucæ.11. æquè faciamus hic in terris tuam uolũtatem atq; faciunt qui in cœlis ſunt, ut quorum ſapientiam nullus obnubilat error, qui faciunt, quod ille uult

& ſecundũ

& ſecundum eius uoluntatem petunt. Nos uero, Matt.6.
inquit Apoſtolus, quid oremus, & ſicut oportet Luc.11.
neſcimus. SECVNDO bonus interceſſor eſt, Rho.8.
qui plurimũ apud eum, à quo uult impetrare, ua-
let & poteſt, ne obſint competitores potentiores,
atqui Maria uirgo omnium eſt apud deum poten-
tiſſima, quæ nuncreginacæli & terræ, quæ filium Luc.1.
altiſſimi & omnipotentis peperit, qui ei magna
fecit & potentiã, cui nemo reſiſtet, quæ ſola eſt il- Gene.3.
la mulier, quæ ſuo mirabili partu caput antiq ſer- Cant.6.
pentis contriuiſſe dicitur, terribilis ut caſtrorum
acies ordinata. ſ. pro ſuis coràm deo contra aduer
ſarios, nihil aduerſus illam ualẽtes, quæ potentiſſi
ma eſt gratia & authoritate. TERTIO percõ-
modus eſt interceſſor, qui de eo, coram quo uult
intercedere, ſit bene meritus, qualis corã deo opt.
proculdubiõ præ omnib. eſt diua uirgo, quæ illius
unigenitum ſupra naturam ſine uirili ſemine con-
cepit, nouem menſib. in uirginali ſuo utero porta-
uit, uirgo & mater peperit, uberib. ſuis uirgineis
lactauit & cibauit, ueſtiuit, in proſperis atq; ad-
uerſis conſtantiſſima fuit, quæ uel ſola ad mortem Ioan.19.
uſq; perſeuerauit ſub cruce ſtans dolore pleniſſ.
deniq; nihil obmittens quo optima mater de opt.
filio bene mereri poßit aut debeat. QVARTO
bonus interceſſor gratus ſit ei apud quem uult in-

Luc. 1. *tercedere. Sed quis, oro, deo poſſit eſſe magis gratus quã Maria, quæ & dudum, angelo teſte, apud illum inuenit gratiã, quæ & plena gratiæ approbatur? Immo quæ in ſe ſuper quã abunde habuit & fecit omnia, quæ gratum facere poſſunt ac debent, quæ uel ſola ex omnibus ſine exẽplo placuit deo, ut mater eſſet filij eius unigeniti, quæ nec iã diſplicere illi queat, nec unquã diſplicitura. Hæc nimirum eſt illa regina, quæ aſtat à dextris dei in ueſtitu deaurato circundata uarietate, ad quã Re*

Pſal. 44. *gius propheta, audi inquit, filia & uide & incli-*

Cant. 2. *na aurem tuam. Et concupiſcet rex decorẽ tuum, ad quã & ipſe dominus, Surge, inquit, propera amica mea, ſpecioſa ueni, columba ueni. Oſtende mihi faciem, ſonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Quid enim hæc aliud uerba ſubinſinuant quã deo prorſus gratam eſſe Mariam & planè acceptã? P O S T R E M O bonus eſt interceſſor, qui beneuolus eſt ei, pro quo debet intercedere. Et ſanè talis eſt glorioſiſſima uirgo Maria, quæ non poteſt nobis nõ uelle bene, utpote quæ noſtra eſt per fidẽ mater unica, ut pater omniũ fide fuit Abraham. Modo quæ*

Rho. 4. *mater non bene uult filijs? quæ filios non ſumme ſuos diligit? quum ſæpe ſuos plus amet mater filios quã ſeipſam, nihil uel quãlibet arduum uel diffi-*

cile fi-

cile filiorum amore prætermittens, quorum ſalu-
tem eſſe ſuam putat. Eſt igitur diua uirgo Maria
fratres dilectiſſ. uere inter omnes uel ideo benedi-
cta, quod noſtra interceßiōe efficacißima ſit apud
deum, filium ſuum unigenitū mediatrix, prudēs,
ſciens quid, quomodo & quando oporteat inter-
pellare, potentißima, aduerſus quā nemo ſe ſit in-
truſurus, de deo optime merita & in omnibus gra
ta, nimirum uera mater ueri Solomonis, quē il-
le olim rex ſapientiſſ. in facto ſuo referens, po- 3. Reg. 2.
nens matri ſuæ ad dextris ſuis ſedem inquit, pete
mater mea, neq; enim uas eſt, ut auertā faciem me
ā. AD EAM igitur fratres alacri corde eodē-
que deuoto confugiamus in tot ac tantis undiq;
mūdi, carnis, dæmonisq; inſidijs & periculis cō-
ſtituti, rogantes, ut nobis gratiā & miſericordiā
à deo coimpetret, quoniā ipſa eſt nō modo mater
noſtra ſed & mater gratiæ & miſericordiæ, mitis
inter omnes. Hæc nimirum ſuper omnes angeli-
corum ſpirituum choros in cælis exaltata, nec nō
ſuper omnes ſanctorum ordines ſublimata, oculis
miſericordiæ ſuæ nō deſinit homīes reſpicere, nec
miſerari triſtes eorum caſus, nec apud deum (cui
adſidet proxima) aßiduis precib. noſtrā ſubleua-
re miſeriam, perquā ut nos deus totum habere uo
luit, ita nobis illa ab ipſo impetrare nō dedignatur

Ad patrem ſi uereris accedere, ſolo deterritus auditu, Ieſum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem patrem, filius talis obtineat? Exaudietur utiq; pro ſua reuerentia, pater enim diligit filiũ.
Hebr. 4.
Hebr. 5.
An uero trepidas, & ad ipſum ire? frater tuus eſt & caro tua, tentatus per omnia, ut miſericors foret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. SED FORTE (inquit Bernardus) & in ipſo maieſtatem uereare diuinam, qui licet factus ſit homo deus tamẽ permãſit. Aduocatum habere uis & ad ipſum, ad Mariam recurre. Pura ſiquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione ſed & pura ſingularitate naturæ, in qua nihil auſterum, nihil terribile ſis inuenturus, quæ omnib. oĩa facta charitate copioſiſſimã debitricem ſe fecit, omnib. miſericordiæ ſinũ aperit, ut de plenitudine eius accipiant uniuerſi, de ſe ad nos inquiens.
Eccle. 24. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis uiæ & ueritatis. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationib. meis implemini. Eam proinde, fratres, non ſecus atq; primã noſtram poſt Chriſtum patronam obſecremus, quo nobis ueniam peccatorũ à deo impetret, captiuis redemptionem, ægris curationem, triſtibus conſolationem, iuſtis & iniuſtis gratiam & æternam uitam poſt

uitam

uitam hanc planè tranſitoriam & caducam.

EPILOGO PATERE PRAECONIA DIVAE DEIPARAE VIRGINIS MARIAE. CAP. XIII.

HACTENVS *de laudibus diuæ uirginis Mariæ non quatenus debuimus, ſed quatenus potuimus per quàm parciſsime diximus.* Nō *quatenus debuimus ſed quatenus, inquam, potuimus.* Etenim *quis eſſe poſsit tanta ingenij ſublimitate, tātaq; dicendi copia, facundia, elegantia & dignitate, qui tantæ præconia uirginis pro debitis & meritis uel ſatis copioſe, uel facūde, uel elegāter, uel digne ſe poſſe enarrare exiſtimet?* Nullus *profecto nullus. Siquidem in enarrandis glorioſæ uirginis laudib. neceſſum ſit arbitror balbutet* Ciceronis *eloquentia,* Demoſthenis *facundia lāgueſcat, immo omnis omnium oratorum uis & energia omnino ſuccūbat.* Nec *eſt, qui id ipſum uere poſsit, etiamſi linguas habeat centum oraq; centum, nec, cui ferrea ſit uox. non, cui ſit uel angelica uel humana lingua* Mariæ *laudes abunde ſatis prædicabit, quan-*

doquidẽ nec in cœlo inueniatur creatura, quæ illius digne laudare queat magnificentiam, nec in terris ſit, quæ illius gloriam exprimere ualeat, utpote cuius eleuata ſit magnificentia ſuper cœlos,
Pſal. 8. *& ſuper omnem terram gloria eius.* HAEC NIMIRVM *liber eſt ille in Apoca. ſeptem conſignatus ſignaculis, quæ qui digne ſolueret nec in*
Apoc. 5. *cœlo nec in terra inuentus eſt.* Q*uis enim plenitudinem gratiæ, qua illa fuit plena, quis aduẽtum ſpirituſſancti, qui in illam ſuperuenit, quis obum*
Luc. 1. *brationem uirtutis altiſsimi, qua illi ſubumbratũ eſt, quis conceptionem uerbi, quod illa ſupra legem naturæ, ſpirituſancto cooperatore, concepit, quis quod ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera, uirgo pariter & fœcũda fuerit mater enarrabit?* Hactenus planè repertus eſt nemo. Multi ſanè diuitiarum uiri, de ciuitate domini uirtutum miſerunt, *inquit* Bernardus, *manus ſuas ad hæc fortia, & tamen harum diuitiarum altitudinem ad liquidum comprehendere nõ potuerunt, quia inueſtigabiles uiæ iſtæ, & inſcrutabilia uniuerſa. Conati ſunt, & non datum eſt ultra, dũ adhuc ordiretur, ſucciſi ſunt.* Q*uis enim loqueretur haſce domini potentias, quis auditas faciet omnes laudes eius?* Non laboretis, *inquit*
Eccle. 45. *ſcriptura, non enim cõprehendetis.* Multa *ſunt*
abſcondi-

*abſcondita his·*TRANSEAMVS *igitur quæ prorſus diuina ſunt & ſupra quam cœleſtia, quorum nullo tempore diua uirgo ſatis laudari queat, in memoriam reuocantes ea, à quibus & ſolida laudum humanarum præconia nonnunquam non abſurde accipi conſueuere, cuiuſmodi ſunt proſapia, conceptio, natiuitas, uirtus, conuerſatio, exitus, etſi quid eſt hoc genus aliud·* SIDIVAE *uirginis Mariæ proſapiam quæſiuerimus, certe illam illi fuiſſe regiam inueniemus, ut quæ ortum duxerit ex inclyta ſtirpe maximi ac optimi regis* David, *in qua hoc dei optimi planè ueri ficatum ſcimus·* De *fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam·* Fructus *ille fuit* Maria *ſecundum carnem de uentre* Dauidico *ſucceſſione quadam, quia ex* Ioachimo *&* Anna, *regijs parētibus prognata·* Quæ *& propterea ab illis commemoratur prodijſſe, unde rex* Dauid, *utpote* Iacob *&* Ieſſe, *quoniam uere ſit ipſa nobilis illa ſtella ex* Iacob *orta, cuius radius ſcilicet* Chriſtus, *quo per partum ſplenduit, uniuerſum orbem illuminat, & omnē quidem hominem uenientem in hunc mundum·* Ipſa *itidem eſt uirgula illa* Ieſſe *florida de qua quōdam* Eſaias *in hæc uaticinatus eſt uerba·* Egredietur *uirga de radice* Ieſſe, *& flos de radice eius aſcēdet per uirgam uirginem, per florē, uirginis par-*

Pſal·131·

Nume·24·

Ioan·1·

Eſa·11·

tum intelligens. Vere idcirco de hac uirgine toto terrarum orbe concinit catholica eccleſia, columna ueritatis in hæc uerba. Natiuitas glorioſæ uirginis Mariæ ex ſemine Abrahæ, orta de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid. DE CONCE-
Prouer. 8. PTIONE *illius ſi interrogauerimus, ipſa occurret, inquiens. Nec dum erant abyßi, & ego iam concepta eram. Vbi, quæris?* Nimirum, *in mente diuina ante ſecula prædeſtinata, ut eſſet mater dei, olim ex progenie, & ſemine Dauid in utero Annæ citra peccatum originale, gratia diuina mirabiliter præſeruante, concipienda inter omnes, adeò ut de ea dominus deinde dicturus e-*
Cant. 2. *rat. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Hæc enim flos eſt de ſpinis, ſpina carens flos, ſpineti gloria, ſiquidem diua uirgo ex progenitoribus ſpinoſis .i. peccato & maledictioni primorũ parentum ſubiectis eſt exorta, immunis adeò tamen à peccatis & eorum maledictione, ut*
Cant. 4. *uerißime ad illam dixerit dominus.* Tota pulchra *es amica mea, & macula non eſt in te.* Id quod *nomen, quo ipſa uirgo antequam conciperetur uocata eſt, non obſcure ſuarũ interpretationum maieſtate arguit, nimirum omnem ab eius exordijs maculæ ſuſpitionem auferens.* Siquidẽ Maria,

quod ipſius

quod ipſius eſt uirginis glorioſæ nomen, ſtella eſt, illuminata .ſ. & illuminans, in ſtella uero quis maculam uel umbram quæret? DE *natiuitate uerò eiuſdem uirginis haud eſt quod multis agamus, utpote quæ glorioſißima fuerit. An non glorioſe diua uirgo in hunc modum prodijt, de qua plurimũ demirata exclamat ſcriptura, quæ eſt, inquiens,* Cant. 6.
iſta quæ progreditur quaſi aurora cõſurgens, pulchra ut luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata? DE *uirtute uirginis* Mariæ *ſuperuacaneum quis quæſierit, utpote quæ pluſquã inclyta & multiplex adeò in ea ſplenduerit, ut rectißimè ſit illa regina, de qua dudum regius cecinit propheta, dicens. Aſtitit regina à dextris* Pſal. 44.
tuis in ueſtitu deaurato, circũdata uarietate .ſ. uirtutum & morũ, quibus adeò præ cæteris micuit, ut propter eas ſpecioſior ſit ſole credita, & ſuper Sapi. 7.
omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior, cœpitq́; demum illa uerè dici ac eſſe Ruth illa uirtuoſißimia, quã dominus uel proinde creaſſe uideri queat, ut eſſet exemplum uirtutis ineffrata, & haberet celebre nomen in Bethlehem, *utpote gemmis ac uirtutum margaritis adornata, cuius omnis fuit gloria ab intus in fimbrijs* Ruth. 4. Pſal. 44.
aureis. CVIVS *ſi quis deniq́; uel exteriorem pulchritudinem roget, facile res ipſa reſpondebit,*

oſtenſura, quàm fuiſſe neceſſum ſit Mariam ualde pulchram, in qua tanta fuit omnium uirtutum gloria. inibi ſanè totum ineſtimabili claruit elegantia & pulchritudine, & adeouſq;, ut ipſius uultũ
Pſal. 44. propheta canente, omnes diuites plebis deprecati ſint, atq; ipſe rex ſummus decorem eius concupiuerit, inquiens. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Surge propera, formoſa mea, columba mea. Oſtende mihi faciem tuam, facies n. tua decora. Quam proinde uidentes filiæ Syon in
Cant. 2. 4.
Cant. 6. Canticis, eam prædicauere beatiſſimã, & reginæ & concubinæ laudauerunt eam, quandoquidem ipſa ineffabili tam mentis quàm corporis elegãtia longè pleraſq; omnes excelluerit, ut etſi regi, ut canit propheta, multæ uirgines in læticia & exultatione adductæ fuerint, tamen omnes poſt eam,
Pſal. 44. quæ longo omnes interuallo ſua pulchritudine reliquit, quamuis & iſtæ nihil in ſe difformitatis habuerint, miriſq; fuerint excultæ uirtutibus, in cõparatione tamen illius perinde ut ſtellæ à ſole ueniente defecerunt. hinc de Maria rectè ſcriptura dicere creditur. Multæ filiæ cõgregauerunt diuicias
Prouer. 31. tu ſupergreſſa es uniuerſas. AN VERO tantæ uirginis exitus extiterit inſignis, nec obſcurè uel hinc accipimus, quod nullus mortalium poſt Chriſtum eiuſdem filium unigenitum exitum inſigniorem

ſigniorem uitæ quàm Maria habuerit. Sola quidē Maria uirgo corpore ſimul & anima tanta eſt laude & gloria in cœlum ſuper omnes angelorum choros adſumpta & exaltata, ut inter ſe cœleſtes ſpiritus ſumma admiratione tantam admirati gloriam, proclamare quaſi ſtupefacti cœperint. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum quaſi uirgula fumi ex aromatibus mirrhæ & thuris, & uniuerſi pulueris pigmentarij. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum .ſ. huiuſmodi quæritis angeli? Hæc inquam, eſt uirgo tam undecūq; gloriæ plena & decoris, ut eius gloriam & dignitatem quicquid pulchri eſt in tota ſanctarum ſcripturarum penu explicare conatū fuiſſe uideatur, immo cuius gratia omnis creatura uidetur facta, quæ tota perinde in eius uirginis gloriam & laudem enarrandam uſq; adeo (ut ſic dicam) conſpirat. Id quod nemo inficias ibit, ubi quæ de exordio mūdi uſq; ad finē eiuſdem ſcripta ſunt gnauiter acceperit. HAEC enim uirgo, fons eſt ille, qui antequàm ſuper terrā pluerat, è terra aſcēdit, irrigans uniuerſam terræ ſuperficiem, quia illa tam fuerit plena gratiæ, ut de eius plenitudine omnes ſuſcipimus, irrigati rore gratiæ eius quē peperit, qui uerè plenus eſt gratia & ueritate, de ſe alibi dicens. Ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæ ductus exiui de paradyſo.

Cant. 3.

Gene. 2.

Ioan. 1.

Eccle. 14.

Doryx eſt medicamentum, quale profectò glorio-
Eſaiæ·53· ſa uirgo protulit, quo omnes ſumus à uulnere mor
tis Chriſto authore ſanati· Hanc uirginem Sol, Lu
na, ſtellæ, & inter has altiſſima maris ſtella, figu-
rãt, unde in myſtica uiſione Ioannes ait· Apparuit
ſignum magnum in cœlo, mulier amicta ſole & lu
Apoc·12· na·de quo ſuo loco plura diximus· Hæc eſt uirgo·
Eccle·24· CEDRVS illa, quæ ſuo odore uenenum pellit,
quoniam & illa fidei conſtantia & ſynceritatis
omnia hæreticorũ letifera uenena diſpulit ac fun
ditus extirpauit· Hæc eſt illa CVPRESSVS,
quæ uenuſtatem comæ ſuæ nullo deponit impulſu
Gell· lib· 3· propter conſtantiam meritoriarũ actionum· Hæc
ca·6· eſt PALMA, quæ incuruari neſcit, ac fructum dul
ciſſimum gignit, ac uictoriæ ſignũ extitit propter
uniuerſalem uictoriam omnium uiciorum, fructũ
uentris dulciſſimum, & inflexibilem uirtutum ſu
arũ rigorem· Hæc eſt OLIVA illa pacifica, quæ
Gene·8· Chriſtum, Solomonem, inquam, pacificũ, pacis
Num·10· reſtitutorem huic mũdo protulit· Hæc eſt ARCA
fœderis illa, quæ manna·ſ·Chriſti Ieſu corpus con-
Gene·7· tinuit, quo angeli ſimul & homines, illi reuelata
hij uelata ſacre reficiũtur· Hæc & archa eſt Noe,
quæ ſaluandos amplexa eſt partu ſuo benedicto·
Hæc eſt illa Aaron uirga, non humectata & tamẽ
Num·17· florida, quæ ſine uirili ſemine mirãte natura, florẽ
iucundiſſ-

iucundiſsimo. ſ. Ieſu Chriſto floruit, & amigdalũ diuinæ dulcedinis ſupra naturã germinauit. Hæc Exo. 34.
eſt TABVLA Moſis, in qua lex & uniuerſæ uir= Iudic. 6.
tutes deſcriptæ fuere. Ipſa quoq; VELLVS eſt ui-
ctoriæ Gedeonis, rore gratiæ plena. Ipſa RVBVS Exod. 3.
flamma charitatis erga filium & omnes ardens, nec corpore nec mente corrupta. Ipſa MONS de Daniel. 2.
quo eſt præciſus ſine manibus lapis, qui pedes ſta= tuæ Nabuchodonozor percuſsit & omnia regna comminuit. Quid plura? Haud ſanè ſufficerim om nes uel multo tempore creaturas, & ſolo quidẽ no mine cõnumerare, quæ uel ſingulæ aliqua ex par= te perfectiõem uirginis Mariæ ſignificant. Quod ſi tentaro, uidebor non abſurde cum excellentiſs. poëta de me dicere, Atq; ego, ſi prima repetẽs ab
origine pergam, Ante diem clauſo cõponet ueſper Virgi. 1.
Olympo. ATQVAE ut paucis quæ dici à me Aene. 1.
poſſe peruelim ſim dicturus, quæ multis explicari oportuit, prorſus adfirmauerim, hanc ipſam glori oſiſsimam uirginem Mariam eſſe eam in diuino
pſalterio ciuitatem, ad quam propheta in hæc apo Pſal. 86.
ſtrophat uerba, inquiens. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. quandoquidem non ſit neq; in cœlo nec in terra creaturarum aliqua, qua de quàm de Ma= ria tam à cœleſtibus quàm à terreſtribus glorioſi= ora eſſent dicta, utpote quæ à deo, ab angelis, ab

hominibus per figuras & ſcripturas mirificè glori cata fuerit· Glorificata, inquam, à deo, qui illam ſibi ab æterno eligi, præcognoſci, præparariq; in matrem & ab angelis ſeruari, à patribus præſignari, à prophetis promitti uoluit perinde atq; ſingulare & ſelectiſſimum organum, quo redemptionem humani generis in tempore plenitudinis eſſet operaturus, hoſtemq; eiuſdem deuicturus· id quod ſtatim ab orbe condito ſuo ſpeciali uaticinio diuul

Gene·3· gatum iri toti mundo dignatus eſt, dicens ad antiquum illum ſerpentem· Inimicias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius· Ipſa conteret caput tuum· GLORIFICATA ab angelis, quoniam genuerit angelorum reſtauratorem, qui angelicam è cœlo ruinam ex hominibus quos creauit & ſaluauit, planè reſtituit· Quam & homines laudant, quia perditi generis redemptorē iuſtificatorē, glorificatoremq; ædiderit· Hæc eſt illa glorioſiſſimia uirgo, quam reuerentiſſ· angelus

Lucæ·1· ſalutat, inquiens· Aue gratia plena, dominus tecū benedicta tu inter mulieres· Hæc eſt illa, ad quam religioſiſſimè exclamat Elizabeta ſancta dicens· Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui· Beata, quæ credidiſti· quoniam perficientur in te quæ tibi à domino ſunt dicta· Hæc eſt illa, quam & Euangelica quædam & uerè ſancta

mulier

mulier beatam ex toto populo prædicauit inquiẽs ad Chriſtum. Beatus uenter, qui te portauit, & ubera, quæ ſuxiſti. Quam ſane prædicationem ualde glorioſam ueritas ipſa cõfirmãs approbauit. Subdens, quinimò: Sic itaq; diua uirgo Maria eſt, quã libri prophetarum concinunt, quanq; patriarcharum uaticinia adeò non ſilent, ut haud dubiè ea ſit unica, ex omnibus creaturis à deo electa, à patriarchis præoptata, à prophetis prædicata, ab angelo ſalutata, immo unicè deo, angelis & hominib. non modo grata ſed modis omnibus collaudata. Hinc & ipſa ſpirituſancto repleta glorioſiſſima uirgo, nequaquàm falſo de ſe ait. Et beatam me dicent omnes generationes. Et concludens addit. Sicut loquutus eſt ad patres noſtros Abrahã & ſemine eius in ſecula. Loquutus eſt, inquam, dominus deus de ſuſceptione Iſrahel ex uirgine matre tam euidenter, ut uel ipſa cum Apoſtolo dicere poſſit. Deus olim multifariam, multiſq; modis loquutus patribus per prophetas. Siquidẽ deus ipſe, de Maria eiuſq; dignitate loquutus ſit in prophetis & figuris haud ſemel ſed iterum atq; iterũ, nec iiſdem ſed modis planè diuerſis. De hac nimirum uirgine Eſaias dudum cecinit. Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. imo & idem, Ecce uirgo, inquit, concipiet & pariet

Lucæ.11. Lucæ.1. Hebræ.1. Eſaiæ.7.11.

Hiere. 31. *filium &c.* Et Hiere. *Nouũ inquit, faciet dominus ſuper terram. Sed quis breui recenſebit, quæ glorioſe hac de uirgine prædixere prophetas, quũ uix fuerit, qui huius nõ ſingulari quodã oraculo meminerit.* ACCEDVNT *& figuræ non minus mirificæ quàm uariæ, quibus & illa dudum clariſſimè eſt præſignata.* Nonne eius *in deum & homi*
Exod. 3. *nem charitatis indeficientiam præſignauit rubus ille* Moſis *ardens & non comburens?* Nonne etiã
Num. 17. *num uirgineam illius integritatẽ & uirginitatem declarauit uirga illa* Aaronis, *quæ nondum irrigata ſupra naturam produxit florem & fructum? Cæterum ualde lõgum foret enarrare, quàm in uarijs prophetis & figuris illam deus collaudarit, quando nec quis ſat edixerit, quàm grauiter eãdem & multifariam ille per &* Euangeliſtas *& apoſtolos laude & gloriâ extulerit, quam & per ſuos fideles qui ſemen ſunt* Abrahæ *in ſecula ſeculorum laudare non ceſſabit.* Ita *profectò non eſſe putauerim, qui minus cum regio propheta ad illam ſit ex animo dicturus.* O Maria *uerè glorioſiſſima,*
Pſal. 86. *quoniam glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, quoniam te ab inicio & ante ſecula deus altiſſimus fundauit, in qua natus eſt hõmo* Chriſtus *idemq́; deus. Tu ſanè gloria* Hieruſalẽ, *tu lætitia populi* Iſrael. *Ipſa etenim ciuitas es illa ſanctificata, in qua ſapi-*

qua ſapientia illa ab æterno diuina requieuit. Laude digna angelorũ. Tu pios patrum mores oſtẽtas in te ſed excellis eoſdem. Patris tui Solomonis in te lucet Sophia. Et Ezechiæ apud deũ cor rectum ſed nunquàm in te corrumpendum. Patris Ioſiæ adimpleuit te religioſitas. Summi etiã Patriarchæ te fides totã poſſedit patris tui. Sed quid nos iſtos recenſemus Heroas, quando tuus natus omnes præcellat illos atq; cunctos per orbem. SED *quid eſt, fratres chariß. quod ego in eius laudibus tentauerim, quam laudabilem prædicant prophetæ, perhibet angelus, narrat* Euangeliſta? Non utiq; *(ſi rectè cogito) illam ego laudo, quia non audeo, ſed tantum replico, quatenus ualeo, quod iam dudum deus ille* Max. *per prophetas, per ſcripturas, per figuras, per* Apoſtolos *& Euangeliſtas, per deniq; pleroſq; omnes* Catholicæ Eccleſiæ *ſuæ doctores explicauit, quodq́; illi ad nos perinde ad manus tranſmiſere. Illi nimirum omnes quaſi facta concordiæ phalange in huius glorioſæ uirginis præconia conati ſunt, etſi quod uoluere nõ fuerint conſequuti, quiſq; tamen pro uirili. Pro ſe quiſq; ſumma certauit opum ui. Id quod agite, fratres, & nos faciamus, ſinguli & omnes ex animo ad illam dicentes.* O *uirgo uirginum, uirgo candidißima, nulla labefacta ſorde, uirgo ſancta corpore & ſpi-*

ritu· Virgo uirginum oĩum gloria, decus & ſplendor· Virgo ita excellens cæteras uirgines, ut ſol minora ſydera, ut lilium cæteros flores, ut aurum metalla reliqua· quæ nec primam ſimilem uiſa es, nec habere ſequentem· Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto· O uirgo, inquimus, uirginum· o quã te memoremus, quibus te laudibus efferamus? quãdoquidem tua ſit magnificentia ſuper cælos eleuata, omniſq; gloria tua ſuper omnem terrã exaltata· O ſtirps Ieſſe, regia ſoboles, & propago beata, te elegit dominus, ut eſſes ſibi ferculũ Solomonis, thronus regis, tribunal iudicis, reclinatoriũ pietatis, propiciatorium exauditionis, ut eſſes impletio legis, figurarum finis, prophetarum declaratio, ueritatis exhibitio· Electa es, o uirgo Maria, ut eſſes omnibus exẽplar humilitatis, ſcala uirtutum, pudiciciæ forma, magiſtra religionis & cõſumatio ſanctitatis· Tu nimirum, o Maria, gloria es libani, decor Carmeli, multis ante ſeculis à deo electa, à patriarchis præoptata, à prophetis prædicata, ab angelo ſalutata & uirtute altiſsimi obumbrata, ſine corruptione fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera, æterna dei amica, ſoror & ancilla, ſponſa, mater & filia, mater regis & angelorum, mundiq; domina, qui te creauit in tabernaculo tuo requieuit· Aue uerbi dei parens, uir-

rens, uirginis humilitatis· Aue omni nodo carens humilis uirginitas· Gaude quæ ſic grauidaris nec grauaris filio·Gaude quæ ſic oneraris onere gratiſſima·Salue Ieſſe ſtirpe orta, uirgula fructifera·Salue clauſa templi porta, ſoli deo peruia·Plaude uellus Gedeonis, rore madens pneumatis·Plaude pellis Solomonis pulchrior præ cæteris· Vale Iacob micans ſtella, circumluſtrans maria· Vale conſignata cella, rubus in ui flammea· Euge ſole quod amicta ſolem gignis ſtellula·Euge quod ſis præelecta ſcala cœli fulgida·Pange aurora conſurgens luce noui ſyderis·Pange arca trina ferens chariſmata miſeris· O quam te uirgo Maria memoremus, quibus te laudibus iam tandem efferamus, quum tu ſis laude omni longè digniſſ·ex te enim exijt ſol iuſticiæ Ieſus Chriſtus, deus noſter·Palmam tu præfers ſingularem, nec parem habes in terra nec in cœli curia· Tu laus humani generis uirtutum præ ceteris habens priuilegia, dignior omnibus creaturis, quod infra te eſt, omnis eſt creatura, quod ſupra te, ſolus eſt ipſe deus altiſſ·Tu igitur, o Maria, totius trinitatis nobile es triclinium, & ſtella quidem maris dignitate ſingularis, quæ ſuper omnes ordinaris ordines cæleſtium·Sed quid audemus fratres, quũ quo plura dixerimus, longè plura reſtent

SVPEREST proinde, quo uos modis, quibus

poſſum ac debeo omnibus cohorter, ut ſuas quiſq; uires in laudem tantæ uirginis exhibeat, in gloriã utiq; & decus ipſius, qui nobis per illam uenit. Fie*ri enim nequit, quin quicqd in laudibus matris pro ferimus, ad filium planè pertineat, & rurſus cum filium honoramus, à gloria matris nõ recedimus. quod à principio præconiorum uirginis, ſi rite me mini, monebam. Si enim illam angeli, patriarchæ, prophetæ,* Apoſtoli, Euangeliſtæ *tantopere, deo ſic ordinante, laudandam cenſuere, quid ipſi, qui filij* Abrahæ *ſumus per fidem minus eam laudare conemur? quando uel proinde illa ſe beatam dictum iri prædixit ab omnibus generatiõibus, à quibus nec ipſi excludimur. atq; utinam non inde excludamur, qui uereor indigni ſimus tãtæ uirginis laudibus.* Dignetur *itaq; uirgo benedictiſſima & digniſſima nos laudare ſe ſacroſanctam, ut & interim digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.* Non *ſit inter nos, qui non illã ſummis efferat laudibus, ut q̃ nec laudare ſufficiat qiuſquam.* Laudate *proinde, in quã, uirginem* Mariã *deiparã in hymnis &* Canticis, *quantum poteſtis, quatenusq; ualetis audete, quia maior eſt omni laude.* Multa *quidem multi dixere, nec parum multa & nos paſſim diximus, ſed plane defecerũt oẽs, atq; ipſi (ut ingenuè fatear) deficimus. conſumatio aũt ſermonũ ipſa eſt*

GLORIFICEMVS *Mariam mundi cœliq́; reginam, dei hominisq́; matrem quantūcunq; potuerimus, ſuperualebit adhuc, & admirabilis manificentia ipſius.* Benedicemus *dominam & exaltemus eam quantum poſſumus, maior eſt enim omni laude.* Nec *ſit, qui illam non toto pectore collaudet benedicetq́;, quoniam benedictus ſit, qui illi benedixerit, & maledictus, qui eidem maledixerit. nec impunè maledicet illam, quæ à deo, angelo & homine inter omnes eſt benedicta.* Si *ea propter uirgo es, gaude & benedic, quoniam merueris eſſe quod laudas, cura ut ſis, quæ digne laudare poßis.* Si *continens, uenerare & lauda, quoniam non aliunde conſtat, quod poßis eſſe caſta, quam ex gratia Chriſti, cuius plena fuit, quam laudas,* Maria. Si *coniugata aut certè peccatrix, nihilominus cōfitere & lauda, quoniam inde omnibus miſericordia profluxit & gratia ut laudēt.* Et*ſi enim linguis angelorum loqueremur & hominum, & ſi membra noſtra omnia linguæ eſſent tantæ uirginis, deiparæ, inquam,* Mariæ *laudes enarrare non ſufficeremus, ſpes tamen eſt, noſtrū imperfectum ſupplet uram uniuerſalem* Eccleſiam, *quæ non modo iugiter in hac uirgine gloriam recenſet dignitatemq́; ineffabilem, ſed ad eādem quoq́; ceu fidelis mater nos ſedulo hortatur, in hoc aliquot in anno ferias*

illi agens. Nec fratres quidem fruſtra illam laudau- mus, ſi quod ualemus, alacriter facimus, quoniam æternitatis gloriam inde conſequuturi ſumus, illa
Eccle. 24. *teſtante ipſa, quum ait. Qui elucidant, id eſt, lau- dant, benedicant, magnifaciunt me, uitam æternã habebunt.* AGITE *igitur agite, chariſsimi fra tres quatenus ualeamus laudemus. Quod ut dignè agamus, ex anio precemur. dignare nos laudare te uirgo ſacrata, da nobis uirtutẽ contra hoſtes tuos. Surge beatiſs. uirgo Maria, miſericorditer auſcul ta pro nobis. Surge & amplectere miſericordiam redemptoris, & da preces iugiter pro nobis, quos cernis tam grauiter offenſos ante oculos condito- ris. Per te, o uirgo Maria, ad Ieſum filium tuum, mereamur aſcendere, qui per te dignatus eſt ad nos deſcendere. Per te uirgo ualeamus uenire in ipſius gloriam, qui per te in noſtram uenit miſeriam. Per te acceſſum habeamus ad filium tuum, qui per te redemit mundum. O benedicta inuentrix gratiæ, genitrix uitæ, mater ſalutis, per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis. Excuſet pijſsima domina o uirgo Maria, apud pijſsimum filium tuum inte- gritas tua culpam noſtræ corruptionis, & humili- tas tua deo grata, noſtræ ueniam impetret uanita tis. Fac o benedicta uirgo, per gratiam, quam inue niſti, per prærogatiuam, quam meruiſti, per miſe-*

ricordiam quam peperiſti, ut qui te media fieri di=gnatus eſt particeps miſeriæ & infirmitatis noſtræ te intercedente participes nos faciat ſuæ gloriæ, ut q́ue illum & unà tecum alibi in æterna ſecula lau=dare cum gaudio poſſimus, qui te hac in ualle la=chrymarum, heu non ſatis dignè collaudamus. At=q́ue quis (oro) te digne poſſit ac ꝓ meritis tuis lau dare, & quas tibi laudes, o laudatiſſima uirgo, toto mundo ſaluato, fragilitas humani generis perſol=uet, quæ tuo ſolo commertio recuperandi aditum inuenit? Accipe tamen interim, ſupplex obſecro, o mater pietatis & regina miſericordiæ piiſſima, uel quālibet exiles noſtras, meritisq́; tuis impares gratiarum actiones, & cum uota ſuſceperis, oran=do culpas excuſa. Q V O D *uerò noſtrum eſt, ò glorioſ. uirgo & mater, quatenus, te intercedēte, poterimus, te laudare nō ceſſabimus. Et ſanè ante pererratis amborū finibus exul. Aut Ararim Par=thus bibet, aut Germania tygrim, Quàm tuus è no ſtro labatur pectore uultus. Ac deniq́; in freta dū currunt fluuij, dum montibus umbræ Luſtrabunt cōuexa, Polus dū ſydera paſcit, Semper honos no=mēq́; tuum laudesq́; manebūt propter eum, quem genuiſti, Ieſum Chriſtum, cui laus & gloria in ſecula ſeculorum.*

MOGVNTIAE EX AEDIBVS IO-
ANNIS SCHOEFFER MEN-
SE MARTIO ANNO
M· D· XXX·

AIA

A A a

168

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI DE PACIENTIA LIBER VNVS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO
*patri, illuſtri Principi ac domino, domino
Vuilhelmo, digniſſ. Argentinen. Epi=
ſcopo, Alſatiæ Lantgrauio &c.
Fridericus Nauſea Blanci=
campianus Salutem.*

*EN, Pietißime præſul, hic eſt nu
per ꝑmiſſus de patientia ex no=
ſtro Tobia libellus, æque meus
atq; Aeneis Vergilij. Quē nō
proinde tibi dicatū uolui atq;
nunc eundem tibi dico & cōſecro, quod te. ſ. Mi=
neruam ſus ipſe pacientiam uel doceā uel ad illam
cohorter, qui unus facile ſis & omnium longe in
hæc uſq; tempora pacientißimus, nec mihi uel re
gio prophetæ loco cædens. Quandoquidem ijſce
iniquis tam temporum quàm mortalium conditio
nibus non ab uno nec altero duntaxat Semei ſed à
pluribus ꝓ catholica eccleſia inſectatus ſusq; deq;
iſtorum conuitia, & quidem ut fortem decet prin
cipem, tuleris, nullo prorſus, uti poteras, talione
uſus. Verum ideo quicquid huius eſt libelli, con=
ſecratum tibi uolo & conſecro, ut pleriq; omnes
ex eo perinde atq; ex limpidißimo ueræ pacien=
tiæ ſpeculo & lucidiſſ. uirtutis exemplo, intelli=
gant, quàm uere pium agas præſulem, atq; omnes
illius nu=*

illius numeros pro uirili compleueris, ſimulq́; habeant, unde pacientiam & innumera eius penè commoda perdiſcant, ac interim non ignorent, quantus in omni ſis genere uirtutū, quem & ipſa poſteritas unicæ pacientiæ exemplum ſit ſequutura. Inſuper & hunc tibi de pacientia libellum à me dedicari oportuit, ne eſſem ingratus, quem toties à Schiſmaticis impetitum ad pacientiam pro tua ſingulari quadā in me clementia hortatus es. Pacientia inquiens, Nauſea, durum (ſed leuius fit pacientia) quicquid corrigere eſt nefas. Quantū uero ſic admonens profeceris, poſt noſtras Euangelicæ ueritatis Centurias forte non obſcure accipies ex hoc noſtro de paciētia Syntagmate, quod ut uel legas uel audias (ſi modo p ardua negocia, quibus nunquā non diſtineris, licuerit) atq; me interea commēdatum habeas ſupplex orauerim. Cuius Reuerendiſsima paternitas diutiſsime bene ualeat. Ex aurea Moguntia XVI. Calend. Apriles. Anno poſt Chriſtum natum M.D.XXX.

libri ſubſequentis de pacientia.

Quid ſit pacientia. Caput I.
Non quālibet pacientiā ad uitam æternā adeoq́; ad beatitudinem ſufficere. Caput II.
Ex cauſſa, qualis una quæq; ſit pacientia, perſpicuum fieri. Caput III.
Pacientiam eſſe duplicem. Caput IIII.
A pacientia neminem excludi, ut quæ omnibus ſit ſumme neceſſaria, & quare. Caput V.
Varias & maximas eſſe pacientiæ utilitates. Caput VI.
Quibus medijs & conſiderationibus pacientiam quis facilius amplecti poßit. Caput VII.
Pacientiam deniq; à deo ſolo præſtari, & ab eodem ſolo illam eſſe petendam. Caput VIII.

FRIDERICI

NAVSEAE BLANCICAMPIA NI DE PACIENTIA LIBER VNVS, ATQVE IN EVN DEM AD AVDITO= RES PRAEFATIO.

VT NEMO EST, *qui modo mentis ſit cō= pos, qui nolit ſuam ſal= uatum iri animā, quiq́; non ei faueat hic & ali âs ueram illam beatitu= dinē, ad quā à deo crea= tus eſt, utpote in qua, nec alibi, in omni bono, qđ ab ullo excogitari poßit, demū ſatur eſſe queat,* Pſal. 16. *ita nimirum nemo eſſe debuerit, qui pacientiam, qua de noſter pro loco & tempore inſtitutus eſt ſermo, fidelior quàm comptior, non ſummopere uelit & diſcere, & quatenus, deo iuuante, ualeat, amplecti, ut per quā uel ſolam opera pia & bona, quibus ad bene beateq́; uiuendū omnino opus eſt, adſeruantur & fructificant ad uitam beatam, ſine qua animæ ipſi non eſt ulla à deo obuentura ſalus & beatitudo, ueritate ipſißima dicente. In paciē= tia ueſtra poßidebitis animas ueſtras. Quomodo* Luc. 21.

Lucæ.21. *autem animas noſtras poßidemus, niſi quod per pacientiam ad eam, ad quã creati ſumus, beatitudinem in hoc mundo conſeruamus, nec enim niſi per pacientiam eius, quã deus nobis promiſit, uitæ beatæ, quæ æterna eſt, participes ſumus futuri*, Apoſtolo in hæc uerba perhibente. *Pacientia*
Hebr.10 *uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem dei facientes reportetis repromißionem*. En quanta non modo utilitas ſed & extrema neceßitas pacientiæ, citra quã nemo ſit cõpos diuinæ repromißiõis, quæ eſt de habenda beatitudine æterna, uel quãlibet diuinæ uoluntatis ſtudioſus. HINC uel maxime fit, ut qui ex officio, quo uocatus fungor, nihil æque debeam atq; in dei opt. Max. gloriã pro uirili conari, ut quilibet ueſtrum hic bene poßit ac beate uiuere, uitam poſthac habiturus æternam uereq; beatam. hinc, inquam, uel maxime fit, ut in præſentia de pacientia ſermonem paulo diffuſiorem ad uos, charißimi fratres, habẽdum duxerim, perinde atq; ea de re ſine qua omnis ueſter labor ſit plane inutilis, uel quamlibet alioqui uirtuoſus & pius Et ut res, quã tractandã ſuſcepimus, in utilitatẽ omnibus (qd' magnope optamus) ſit ceſſura in primis definitionẽ paciẽtiæ ſubijciem⁹ Siquidẽ, quod parens eloquẽtiæ Tullius dixit, omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debeat à defini=

à definitione proficiſci, ut intelligatur, quid ſit, de quo diſputetur.

QVID SIT PACIENTIA. CAPVT I.

PACIENTIA, *quã alibi omnium eſſe uirtutum & radicem & cuſtodẽ diximus, eſt, qua æquo nimirũ animo aliena mala, (utpote quæ, deo p̄mittente, nobis uel à dæmone uel ſeculo uel carne obueniũt,) tolleramus, nec contra eum, qui eiuſmodi mala irrogat, aliquo dolore uel murmuramus uel mordemus, nec omnino iniquo anĩo deſeramus, quibus ad meliora peruenimus, quandoquidem pacientia ſit contraria triſticiæ, quæ ceu uindicta quædam ex aduerſis malis illatis ſuborta niſi pacientia aliquo perinde freno compeſcatur, animũ ad uindictam & indignationem à deo pœna mortis æternæ prohibitam, inducit, ac deniq;, Paulo teſte, mortem operatur. Vnde ſcriptũ eſt,* 2. Cor. 7. *triſticiam multos occidiſſe. Aduerſus igitur eam* Eccle. 30. *triſticiam poſita eſt paciẽtiæ uirtus, quæ illam ſic frenat, ut æquanimiter, quod mali infertur, feramus, adeoq; animas noſtras eadem pacientia poſſideamus, quum per ipſam quaſi ex arce uirtutis nobis ipſis adeoq; omnibus mentis noſtræ motibus*

dominamur, ac ita quod ſumus, poßidere incipimus & quidē in malis & aduerſis, cuiuſmodi ſunt captiuitas, perſequutio, bonorum amißio, ægritudo, rerum penuria, iniuria & hoc genus alia, quibus plerique omnes hoc in ſeculo moleſtamur, contra quæ nullum eſt efficatius pacientia remedium, quo inter non parum multos tam ex ueteri quàm nouo inſtrumento uſus eſt Ioſeph *ille innocēs, qui (ut habent ſacræ literæ) à fratribus ex inuidia uē-*

Gene. 41.

ditus adeo non eſt ex ea contriſtatus iniuria fratrum, ut eam non modo æquanimiter, quū poſſet ulciſci, tulerit, ſed beneficio etiam repenſauerit, clementerq́; indulſerit. Atq; Dauid *rex pacientiā habuit inſignem, quum ei conuiciaretur* Semei *filius gemini tacuit, neq;, etſi armatis ſeptus, conuicium retorſit, neq; ultionem quæſiuit, neq; eū, qui uoluit, uindicare permiſit, dicēs.* Quid mihi *& uobis eſt filij Saruiæ?* Dimittite eum, ut male *dicat.* Dominus *enim præcepit ei, ut malediceret* Dauidi. *nimirum conſcius ſuæ manſuetudinis.* Ita *quoq; paciens fuit* Iob. *qui liberis omnibusq́; fortunis ſiue prouidentia ſiue caſu priuatus, nudus, inquit, exij è matris utero, nudus reuertar.* Deus Opt. *dedit hæc,* Max. *deus idem abſtulit.* Imò, *qui in omnibus, qbus excruciabatur, labijs ſuis haud peccauit, neq; aduerſus deū qd ſtulti loquutus eſt* Sic *etiamnum paciēs fuit ipſa ſapientia* Chriſtus

2. Reg. 16.

Iob. 1.

rex & doctor omnium, qui & mala præcepit eſſe ferenda, & idem ipſe uſq; adeò ea tulit, ut ueniam ſit percuſſoribus precatus. Ex quibus *ſanè exemplis & eorum ſimilibus haud obſcure docemur, pacientiam eſſe uirtutē, qua æquanimiter aduerſa ſuſtinemus, nec in eis aliquo modo frangimur, ut qui uelimus in eum, qui illa irrogat, inuehi aut excandeſcere, aut inde muliebriter uel efflictim lamentari, uel deū (quod impium ſit) nō homines incuſare, quos magis addecet ac animū & mentē ad omnes caſus æquanimiter ferēdos componere, quod pleroſq; omnes dei electos pietatis ſtudio feciſſe credimus, non ut* Aethnicos, *qui, ut cæteris meliores haberentur, duo inprimis ſibi propoſuere, ut fortia fortiter paterentur & abſtinerent, ueluti ſubſequens caput explicabit.* Lucæ.13.

NON QVAMLIBET PACIENTIAM AD VITAM AETERNAM ADEOQVE AD BEATITVDINEM COELESTEM SVFFICERE. CAPVT II.

QVAM *falſo & perperam nōnulli quondam, & noſtra quidam tempeſtate docuerint. plebiq; miſellæ impoſuerint, quod*

omne opus per ſe ſeu (ut dici ſolet) moraliter bonum ſit peccatum extra fidem, & in eo perficiundo quiſq; peccet, ſuo tēpore & loco multis oſtendimus, utpote quos nec ratio probat, nec ſcriptura admittit. Quomodo enim peccatū eſſe poteſt, quod per ſe bonum eſt? Siquidem peccatum ſit malum, à quo ut liberemur, indies oramus. Si modo

Matt.6. quod per ſe & quidem moraliter bonum eſt, qui

Luc.11. accipiet appellationem peccati ſiue mali? Nonne ſic bonum diceretur malum, & ediuerſo? Quod qui faciunt per prophetā in hæc uerba redarguuntur.

Eſa.5. tur. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce amarum. Id quod proculdubio agunt, qui dicunt hominē peccare in opere moraliter bono ſi fiat extra fidem illud. Quod à uero longe abeſſe dignoſcimus. Quis

Act.10. obſecro credat Centurionem illum Cæſarien. peccaſſe, quod (utcunq; adhuc gentilis & extra iuſtificationis fidem) religioſus ac deū timens multas plebi eleemoſynas præſtiterit? Nullus ſanè, qui modo ſibi conſtat. Quandoquidem ſuis ille operibus ſe dignum præbuerit, cui angelus mitteretur, qui erat illum inſtructurus, qua ad fidem eſſet acceſſurus. Tam quidem ſua illi opera moraliter bona peccato non fuere, ut etiam in memoriā coràm

deo aſcen-

deo aſcenderint·Illud ſanè nemo inficias eat, opera ipſa uel quamlibet moraliter bona, ſi extra fidē & dei guatiam fiant, ad uitam æternam nullo pacto ſufficere, quæ tamen interim peccata adeò non ſunt, ut etiam ad eandem uitam aliquo modo perinde præparamenta (ut ſic dixerim) promouere ſoleant, imò quibus & deus ſuam non neget mercedem, qđ illc in Nabuchodonozor tyranno quōdam ſat ſuperq; arguit, ad prophetam inquiens· Fili hominis Nabuchodonozor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum· & merces non eſt reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute, qua ſeruiuit mihi aduerſus eam, Propterea hæc dicit dominus deus· Ecce ego dabo Nabuchodonozor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & depredabitur manubias eius, & diripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui illius & operi, quo ſeruiuit aduerſus eam, dedi ei terrā Aegypti, pro eo, quod laborauerit mihi ait dominus deus·Quum igitur deus Opt·tam impio alioqui tyranno opus, quod fecerat, remunerauit, quis audebit dicere, quod is peccatum remunerarit? Supeſt proinde ſciamus, eſſe quædam, quæ ſecundum iuſticiæ regulam non ſolum uituperare non poſſumus, uerumetiā merito recteq; laudamus, quan ꝗ Ezech·29·

ſi diſcutiatur, quo fine fiant uix inueniuntur, quæ debitam iuſticiæ laudem defenſionemúe mereātur. Ita nimirum ſi qui ex Aethnicis pacientiā habuere non propterea peccaruut, ſed ea ipſis ad ſalutē ſine fide, qua caruere, non profuit. QVA IN *parte ſciendum duxerim, pacientiam eſſe aliquam fructuoſam, eamq; eſſe, qua nomine & amore dei ad ſalutem æternam conſequendam æquanimiter aduerſa toleramus, reputātes illa noſtris peccatis, aut certe nobis ex dei uoluntate prouenire in bonum. Cuiuſmodi fuit pacientia eorum, quos paulo ante retulimus, & omniū plane ſanctorum marty*

Luc. 21. *rum, ad quos dominus in pacientia, inquit, ueſtra*
Sap. 5. *poßidebitis animas ueſtras.*
Hebr. 11. *Eſt & alia pacientia minus fructuoſa .ſ. ad uitam æternam, ſed nō ilico reprehēdenda, nec ſemper damnationi ob noxia, niſi eius ſit cauſſa mala, & eſt qua tolleramus huius mundi aduerſa ob quædā temporalia adipiſcēda, & cuiuſdā temporalis rei gratia uel honoris cauſſa, qualis ferme fuit pacientia Aethnicorum, quorum pleriq; (ut & nunc fortaßis non parum multi faciunt) pro habenda ſapientia, laude, ualetudine uel retinēda forma, uel pecunia uel hoc genus re alia uel habēda uel retinēda ſoles, imbres, glacies, fluctus, tēpeſtates, aſpera & incerta, imò*

Horat. in art. poet. *durißima quæq; paciētißime ferrē nequaq̄ dubitarūt. Cuius poeta paciētiæ memor ait.* Qui ſtudet

optatā curſu contingere metā. Multa tulit fecitq́; Plutarchus
puer, ſudauit & alſit. Abſtinuit uenere & baccho. Vale. lib. 3.
qui Pythia cantat. Huius inter alios pacientiæ cō c. 3. de paci
mēdatur Dionyſius iunior, q regno deiectus adeò entia.
priſtinam eſt fortunam oblitus, ut iam minus ſape Sabel. lib. 5
re ac parum ſibi cōſtare à multis crederetur. Hac ca. 8. de pa
quoq; pacientia claruit Cato Vticēſis, qui poſtri- cientia.
die Comitiorum in petitione conſulatus repulſam
paſſus, unguento delibutus deſcendit in campum
poſt prandium, ubi ſine calceis, & tunica funicu-
lo ſuccīcta de more cū amicis deambulauit, adeò
negligenter uir ſapiens tulit, qđ cæteri ciues igno
miniæ loco ponere cōſueuerunt. Eiuſmodi pariter
innocentiæ inſignes extitere Hannibal, Catilina,
Iugurtha & alij, qui ut rei militaris eſſent aptio-
res, & gloriā belli reportare poſſent, nihil plane
malorum non pacienter tollerarunt, & quidem
adeò, ut mutuo dicerent. ἀνέχου καὶ ἀπέχου A. Gel. lib.
patere & abſtine rati eum, qui hæc duo uerba cor 17. c. 19.
di haberet, eaq; ſibi imperando atq; obſeruando
curaret, eſſe foreq́; plerūq; impeccabilē, uitāq; ui
uere tranquilliſſimā. Sed de ea, quā illi habuere pa
ciētia, quæ nō cœlū ſed terrā ſapit, parū uel nihil
ad præſens, utpote quæ mirāda potius eſt quā lau
dāda, imò aliquoties nec mirāda nec laudāda, quū
duricia magis ſit & miranda quā paciētia, q̄ tamē

ad huius uitæ tranquillitatem (ſi modo cauſam habeat minus uicioſam) nonnunquàm ualde conducit. Quod ut rectius accipiatur, non oberit dicere, unde unaquæq; qualis ſit, iudicanda pacientia ueniat.

EX CAVSA, QVALIS VNAQVAEQVE SIT PACIENTIA, PERSPICVVM FIERI CAP. III.

N ON *quid à quopiam uel fiat uel dicatur ſed quo animo & conſilio, qua intenttione & cauſa quid dicatur uel fiat aduertendū eſſe philoſophi cenſuerunt, nimirum quod & intentio & cauſa omnia iudicent. Ex cauſa. n. rem haberi aut bonam aut malam. Id quod uſq; adeo ſeruandum authores legum ciuilium putarunt, ut in omnibus quæ uel dicta uel facta ſunt cauſam eſſe attendendam cenſuerint, ut illam, ex qua quod aut dictum uel factum eſt mereatur aut laudari aut uituperari, ſitq; idipſum aut premio aut ſupplicio dignum. Qui uel proinde homicidij reum non cenſuerũt, qui in publico certamine aliquem occiderit, quoniam gloriæ & uirtutis non iniuriæ cauſa damnum dederit. Nec illi*

l. aut facta. §. hæc quattuor. ff. de penis. l. qua actione. §. Si quis. ff. ad l. Aquil.

furti

ſurti reum dijudicarunt, qui depoſitum, quod ſuſ- l·1·§·ſola·
cepit, abnegat, ſed tum, quando illud intercipien- ff·furti·l·in
di cauſa occultauerit· Vnde ijdem in ambiguis ora ambiguis·
tionibus ſententiam eius, qui eas protulit, ſpectan- ff·de re·iu·
dam uoluere, & eius eſſe, ut declaret ſententiam, qui illam tulit· Et rectè nimirum quoniam cauſa ſit uoluntatis, cordis & intentionis, ex quibus quælibet res aut mala aut bona cenſetur· Hinc eſt, ut non illico quid bonum ſit, quod bonum, nec malũ, quod malum apparet, ſed eius eſt cauſa ſubtilius inquirenda· Sic Chriſtus illud, quod ex ore procedit, non quod os intrat dixit hominem coinquinare: quandoquidem quod de ore procedat, de corde iti dem exeat, quod hominem coinquinet· Quid aliud ſibi uult, quàm iuxta cor & huius intentionem & cauſam omnia dijudicanda eſſe· Siquidem cauſa & intentio, qua quid factum eſt, bona eſt, bonum nõ eſſe nõ poteſt, quod factum eſt· Si enim oculus ſimplex fuerit, totum corpus erit lucidum· Etenim opera hominum ſi cauſas habuerint bonas uel malas, nunc ſunt bona nunc mala, quæ per ſe peccata non ſunt, ſed uel moraliter bona uel ſaltem differentia· Sicuti uictũ præbere pauperibus bonum eſt, ſi fiat miſericordiæ cauſa, malũ aũt ſi fiat cauſa iactãtiæ quẽadmodũ de hypocritis loquitur alibi dominus· SIC pariformiter etſi paciẽtia p ſe ſit bona qa uir

Math·15·

Math·6·
Lucæ·11·

Math·6·
Lucæ·11·

tus, non tamen omnis eſt pacientia laudanda, niſi quæ cauſam habet bonam· ſi enim quis paciens eſt inediæ, algoris, frigoris & id genus tribulationis non actutum laude dignus eſt & æterna mercede niſi quis inibi cauſa dei adeoq́; ſuæ ſalutis paciens ſit· Quis enim eam putet pacïētiam mercede uitæ æternæ dignam, quàm plærunq́; habent latrones & fures? Nemo ſanè·*Siquidem non omnes partici pes ſunt ſcientiæ qui ſciunt, ita nec omnes, qui paci untur ſunt participes pacientiæ, ſed qui paßione recte & ex iuſta causa utuntur, hi pacientiæ ueri tate laudantur, ij pacientiæ munere coronantur, cuiuſmodi fuere martyres qui nomine Ieſu & amo re Catholicæ fidei paßi ſunt· non etiam Schiſmati ci & hæretici, qui magis cauſam habent inuidiæ, odij, ſuperbiæ, temeritatis hocq́; genus mali quod*

Matt· 5· *paciuntur· Ita dominus & ſeruator eos adfirmat*

Lucæ· 6· *beatos, qui propter iuſticiam paciūtur, & quibus maledicitur propter ipſum · non ponens perſonas perſequentium ſed ſolam perſequutionis cauſam, ut non adſpiciamus quis nos perſequatur, ſed pro pter quid·* IDEO QVAE *quicquid aduerſita tis nobis obuenit etiam propter peccata noſtra, id ipſum dei amore & uoluntate ipſius ad conſequē dam uitam æternam tollerare debemus, id quod unica noſtræ debet eſſe pacientiæ cauſa non res*

aliqua

aliqua temporalis, quum alioqui deus nõ daturus
eſt æternalem ſed temporalẽ retributionem, quã
utiq; habemus, ſi propter quod patimur, adipiſci
mur, ad quos idem dicturus eſt dominus noſter.
Amen dico uobis, quia recepiſtis mercedem ueſtrã Matt. 6.
Q.D. pacientes fuiſtis, ut haberetis uanam glori-
am, quã quia per ueſtram pacientiam nacti eſtis,
non eſt, quod aliam in futuro ſeculo mercedem ſpe
retis. Sufficerit, quod quiſq; ſui laboris iuxta cauſ
ſam, quæ uel ſola eſt attendenda, præmium recipi-
at. Atq; hoc eſt, quod Petrus monet. Nemo, inqui-
ens, ueſtrum patiatur quaſi homicida aut fur aut 1. Pet. 3. 4.
maledicus aut alienorum appetitor. Sed & ſiquid
patimini propter iuſtitiam, beati. Si autẽ ut Chri-
ſtianus non erubeſcat, glorificet autem deum in
iſto nomine. Et hactenus quo ad agnitionem ſaluta
ris pacientiæ, quæ non una ſed & duplex inueni-
tur, uelut ſequenti patebit capite.

PACIENTIAM ESSE DVPLICEM. CAPVT IIII.

PACIENTIA *una eſt, qua non frangimur in aduerſis, nõ excandeſcimus, non muliebriter & afflictim lamentamur.*

non deum (quod extremæ eſt impietatis) non homines incuſamus ſed nos, adeoq; noſtrum animũ, mentemq; noſtrã ad omnes caſus æquanimiter ferendos componimus. Qualis fuerit qua Iob, qua
Iob.1. Tobias, qua uirgo Maria, qua pleriq; martyres o-
Tobiæ.2. mnes inclaruere, qui quæcunq; incommoda tam ubiq; ſuſq; deq; tulerunt, ut in perſona Pauli uerè dicere potuerunt. Maledicimur & benedicimus. Perſequutionem patimur & ſuſtinemus. Blaſphemamur & obſecramus. Imò qui & ideò gaudẽtes
1.Cor.4. à conſpectu concilij abiere, quoniam digni eſſent
Act.5. habiti, contumeliam pati nomine Ieſu. Altera eſt pacientia, qua fortiter & ſine contra deum & homines murmure dolores corporis ſæuosq; cruciatus ferimus. Cuiuſmodi habuit inter alios Hieremias propheta, qui in carceris moleſtia & uerberibus ferendis, atq; dum cænoſo lacu mergitur, dum lapidibus obruitur inuicto ſimilis apparuit, ut qui nec uerbum protulerit. Et ipſe etiamnum Eſaias, quũ uiuus ſecaretur duas in partes, tam fuit in medio cruciatu paciẽs, ut ne pati quidem uideretur, quum nec pacienti ſimilis fuerit. Et Laurentius quoq; Leuita inſignis admodum extitit paciẽtiæ, qui cum in craticula ureretur, ad tyrannum, uerſa, inquit, & manduca. Sed quanta in eis (quorum memini) extitit in doloribus uirtus, tanta ac ne-

ſcio maior etiã in tribus eiuſdẽ gentis pueris, qui ætatem, quæ tenera adhuc erat, magnitudine animi ſupergreſſi, medio flammarũ æſtu deſtituti deo ſeruatori hymnum cecinerunt. Horum ſanè *& ſi qui ſunt innumerabiles alij pacientia uera fuit & ſalutaris, utpote quæ nõ propter peccata ſed propter iuſticiam ex charitate (quæ omnia ſuffert) prodierit, nimirum qui pro nomine Ieſu, Apoſtolo ſcribente, uincti, incluſi, fame ac ſiti affecti, torti, excecti, dilaniati, trucidati, ſuſpenſi, excoriati & omni deniq; cruciatu circũdati tã fuere paciẽtes, ut exclamare haud dubitauerint in hæc apud Apoſtolum uerba. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an perſequutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificamur tota die, deputati ſumus ſicut oues uictimæ. Faxit deus* Opt. Max. *ut & ipſi eandem in omnibus pacientiam habere poſsimus. Quam ut dei benignitate facilius adſequamur in rem erit arbitror ſequẽti loco oſtendere, quibus illa conſtet partibus.*

Danie. 3. Hebr. 11. Rho. 8. Pſal. 43.

VERAM EANDEMQVE SALVTAREM PACIENTIAM EX QVATVOR CONSTARE CONDITIONIBVS.

NEC MOX qui uel unã uel
alteram pacientiã habet, habẽ
dus eſt uere paciens, utpote
quod nec omnis pacientia, ut
diximus, pacientia eſt, quam
hoc definiuimus loco. Siquidem ad pacientiã quat
tuor attinent, quæ in his Apoſtoli uerbis haud ob=
ſcure accipimus. Nemini dantes ullã offenſionem,
1. Cor. 6. ut non uituperetur miniſterium noſtrum, ſed in o=
mnibus exhibeamus nos metipſos, ſicut dei mini=
ſtros. In quibus ſanè uerbis Apoſtolus uelle uide=
tur. PRIMO, ueram pacientiam eſſe debere in
omnibus .i. uniuerſalem non in uno duntaxat ad=
uerſo ſed in quibuſcunq; aduerſis, ut neq; quis cõ
triſtetur propter aduerſa, quæ uel in famã uel per
ſonam uel ſubſtantiam obueniunt, cuiuſmodi paci
Iob. 1. 2. entiæ nobis exemplum reliquit Iob ille, qui neq;
propter amiſsionem totius ſubſtantiæ, neq; prolis
neq; deriſionem uxoris & amicorũ uel tantillum
contriſtatus fuerit, ut quid aut peccaſſet aut ſtulte
contra deum murmuraſſet, pacienter inquiens.
Iob. 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, et nudus
reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit,
Iaco. 5. ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen do=
Iaco. 1. mini benedictum. Ad huius proinde pacientiã hor
tatur

tatur Iacobus, dicens. Sufferentiam Iob audiſtis. Iaco. 5.
Idem paulo ante. Quicunq; autem, inquit, totam
legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt
omnium reus. SECVNDO uult idem Apoſto-
lus pacientiam ueram non uerbo tantum ſed facto
conſtare, nec quidem ſufficere ut bene de paciētia
loquamur & ad ipſam alios cohortamur, uerum
nos debere pacientes eſſe. In paciētia enim ueſtra,
ait dominus, poſsidebitis animas ueſtras. q. d. non Luce. 21.
in alterius, quandoquidem non auditores legis, iu
ſti ſunt apud dēū ſed factores legis iuſtificabūtur. Rom. 2.
TERCIO, ut pacientia ſit ſpiritualis. i. ob cœle Iaco. 1.
ſtem patriam, adeo ut ſpiritus ipſe in ea melior red
datur. Ita nimirum eius non eſt uera & ſpiritualis
pacientia, qui paciens eſt in laboribus & anxieta
tibus huius mundi ut poſsit uel ditari uel honorari
uel quid commodi temporalis habere, qui uel in-
ter flagella nec emendatur nec ad deum reuertitur
nec gratias cū Iobo agit. Debet enim, qui uere pa
ciens eſſe uelit, gloriari cum Apoſtolo dicēte li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut
habitet in me uirtus Chriſti. Propter quod placeo 2. Cor. 12.
mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in ne-
ceſsitatibus, in perſequutionibus, in anguſtijs pro
Chriſto. Ita & Tobias ille ſenior cæcitate correp- Tobie. 2.
tus non contra deum contriſtatus ſed immobilis in

dei timore pmãſit, agens deo gratias omnib· dieb·
uitæ ſuæ· DENIQVE uult Paulus, ut paciẽtia
ſit finalis· i· ad finẽ uſq; durans, quũ ait· Exhibea-
mus nos in omnib· in multa pacientia· Nec quidẽ
Matt·10· ſuffecerit ſemel aut iterũ in aduerſis habuiſſe paci-
entiam ſed ſemp, qui enĩ pſeuerauerit· ſ· in pacien-
tia uſq; in finẽ hic ſaluus erit· Hinc idem Apoſto·
1·Cor·15· ſtabiles, inquit, eſtote fratres mei dilecti, abundan
tes in omni opere domini ſemper ſcientes, quod la
bor ueſter non eſt inanis in domino· Et Iacobus ait
Iaco·5· Patientes igitur eſtote fratres uſq; ad aduentũ do-
mini· Ecce agricola expectat præcioſum fructum
terræ, paciẽter ferens donec accipiat temporaneũ
& ſerotinũ· Aduentus autẽ domini eſt in die uniuſ
cuiuſq; nouiſsima, qua dominus unũquẽq; ex hoc
mũdo uocare uenit, quouſq; paciẽtes eſſe debemꝰ
in omnibus quæ nobis aduerſantur nomine Ieſu· A
qua quidẽ pacientia nemo eſt ſecludendus, ceu ex
ſequentibus intelligemus·

A PACIENTIA NEMINEM EXcludi, ut quæ omnibus ſit ſumme neceſſaria, & quare· CAPVT V·

AVDIVIMVS à nonnullis in quæſtionẽ uenire magis utiq; piam quã difficilẽ, an omnibus in hoc ſeculo uiuentib· neceſſariã putemus pacientiã, uirtutẽ

multo difficillimã, num ſit, qui illa ad conſequendam uerã beatitudinẽ nõ opus habeat? Quibus reſponderimus, illã omnino eſſe omnib· maxime neceſſariã, quandoquidẽ pacientia ſit tollerantia rerum aduerſarũ, à quib· nemo, cuiuſcũq; ſit cõditionis, tutus eſt in hac uita, quæ, ut Iob ait, militia eſt ſup terrã· Iob·7· *Atq; homo, natus de muliere, breui uiuens tẽpore repletur multis miſerijs, ꝗ quaſi flos* Iob·14· *egreditur, & fugit uelut umbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu pmanet· A quib· ſanè tribulationib· & aduerſitatib· nõ modo pij nõ ſecuri ſunt ſed eis maxie obnoxij, Apoſtolo dicẽte· Oẽs, qui uolunt uiuere in* 2·Timo·3· *Chriſto perſequutiões pacietur· Et hoc eſt, quod Eccleſiaſtes ait· Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalẽ, & ꝓpoſui in aio meo, quærere & inueſtigare ſapiẽter de omnib· quæ fiũt ſub ſole· Et uidi, quæ fiũt cũcta ſub ſole, & ecce uniuerſa uanitas & afflictio ſpiritus· Et teduit me uitæ meæ, quoniam cuncti dies hominis doloribus & ærũnis pleni ſunt, nec per noctem mente reqeſcit· Et laudaui magis mortuos quã uiuentes, & feliciorẽ utroq; iudicaui, qui necdum natus eſt, nec uidit mala, quæ ſub ſole fiunt· Hæc ille· Contra quæ quidem mala ualet uel ſola pacientia, omnibus non modo neceſſaria ſed & utilis, quoniam omnes tribulationibus ſubijciuntur·* Eccle·1·2·

IDEOQVE *nemo ſit arbitror qui non indige-at pacientia, quum non ſit, qui uel momẽtum eſſe poßit ſine tribulatione. Finge enim quenpiã mundi gloria fulgentem, diuicijs abundantem, delicijs gaudentem, & forte cui omnia mundi oblectamẽta ad uotũ ſuccedant, non tamen eſt, quod alicubi nõ contriſtetur, quinimmo nec in eodẽ ſtatu ſemp ſit manſurus, quandoquidẽ ait pphet a, uidi impiũ*
Pſal. 36. *ſuperexaltatum & eleuatum ſicut* Cedros *libani, tranſiui, & ecce non erat, quæſiui, & non inue-niebatur locus eius.* Eſt *aliquis proſper, mox inueniet aduerſa, iuuenis eſt, paulopoſt ſenectute frangitur, ægritudine robuſtus conteritur.* Eſt *diues non multo poſt pauperrimus effici poterit.* Poſt *gloriam & magnificentiam aduerſantium rerum impetus ſurgunt, delicias flagella repellunt.* Sum-*matim ſingula gaudia triſticijs permiſta ſunt.*

Q*uia proinde hæc uita tantis ac tot eſt mutatio-nibus, laboribus, tribulationibus, crũnis, miſerijs hocque genus malis & aduerſis differta, & ſola ſit ac unica paciẽtia, qua homo huiuſmõi mala ſibi cum ſalute poßit ſufferre, utpote quæ hominem regat, ſcuto bonæ uoluntatis ipſum cohibens ab illicito uindictæ appetitu, linguam ipſam à contumelia & murmuratione contra deum & hominem retrahens, manus à uiolentia & percußione,*

oculos

oculos à toruis aſpectibus, pedes à greßibus iniq; & animum deniq; ab omni ſuperbia & rebelliõe in uera humilitate, pace & unitate cum omnibus conſtituens, & poſtremo animam ipſam in uitam æternam poßidet, nobiſq; repromißionem Ieſu Chriſti.ſ. de uera beattiudine poſt hanc uitã habenda certam hæredibus, certe non poteſt ipſa non omnibus eſſe & maximè neceſſaria & utilis, & ab omnibus magnopere ſeruanda.

VARIAS ET MAXIMAS ESSE PACIENTIAE VTILITATES CAPVT VI.

N*ON deſunt opinor uel ex rudioribus qui magnoperè ſcire deſiderant, quid nam præcipuæ utilitatis adferat pacientia, atq; ut ſuo deſiderio in præſentiarum ſatisfaciam, rogant. Etſi enim eorum uoto ſatisfactum eſſe uideri queat in frontiſpicio de paciemia tractatus, eiſdem tamen nõ grauabor uel hoc quidem loco quoad potero inſeruire.* QVANTA *uerò pacientiæ ſit apud omnes, qui eam uerè habẽt utilitas, inter alia uel inde cognoſcere licebit, qđ quum nemo poßit niſi per multas afflictiones &*

Act·14· *tribulationes ingredi in regnum cœlorum, ſitq; ea rum afflictionum pacientia nutrix unica, per quã uel ſolam illas ſufferre quimus, actutum euadit per ſpicuum iſthuc intrare nullum niſi pacientia comi te, nec eſſe unquàm aut fore beatum quenquam ni ſi per eam·Id quod ex Ieſu Chriſti uerbis·in paciẽ*

Lucæ·21· *tia ueſtra poßidebitis animas, ueſtras dilucide ap paret· Apoſtolus admodũ euidẽter perdocet, dicẽs Nam pacientia uobis eſt opus, ut ubi uoluntatem*

Hebræ·10· *peregeritis, reportetis promißionem·ratus, ut ue rè nimirum, non fore diuinæ de æterna beatitudi ne promißionis participem quenpiam, niſi pacien tia præditum·Nunquid autem nõ penſi fuerit hæc utilitas, qua non puto aliam eſſe aut haberi maio rem·quandoquidem ut ſumma eſt omnium rerum beatitudo, ut qua habita, habeantur res opt· quæ que, ita ſit oportet ea res ſumma, qua ad illam nec ſecus peruenire neceſſum eſt·* ACCEDIT *& altera eius uirtutis utilitas nequaq̃ uulgaris, quæ eſt tam quo ad nos quàm quo ad alios pax & tran quillitas, qui enim aduerſus ſe quid ſuſtinet, is ab ira ſibi cauet uel ſaltem ei moderatur, & ab ea quæ ab hac naſcitur uindicta, unde omnis eſt diſſenſio nis & rixæ origo, atq; quod patitur ſoli deo com mittit, memor uerbi, quod ille ad unũquenq; iniu*

Deut·32· *rias paciẽtem ait·Mihi uindictam & ego retribuã*

ei·Huic

ei. Huic, quum Apoſtolus ad pacientiam cohorta-
tus eſſet, utq; nos cum pacientia mutua in charita- Rho. 12.
te nomine Ieſu ſupportaremus admonuiſſet, ilico Eph. 4.
ſubiecit. Si fieri poteſt, quod ex uobis eſt, cum om
nibus hominibus pacem habentes. Non uos meti-
pſos defendentes chariſſimi, ſed date locum ire. Sed
ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum
da illi. Hoc enim facientes carbones ignis conge-
res ſup caput eius. Noli uinci à malo, ſed uince in
bono malū. Hæc ille, ſed quæ ſola fieri poſſunt pa
cientia, quæ ut omnis eſt ſuperbiæ uictrix, ita toci Mach. 5.
us eſt humilitatis, ex qua per pacientiam pax ori-
tur, fons & origo. Quid autem pace optabilius,
quid melius, quid ſanctius, quid utilius? Nihil pla-
nè. utpote qua uel ſola filij dei ſumus & uocemur,
ſine qua nullum regnum, nulla ciuitas, nulla uilla,
nulla domus cōſiſtere poteſt, per quam res exiguæ
accreſcunt, ſine qua magnæ dilabi ſolent. Quam Ioan. 14.
propterea Chriſtus hinc abiturus nobis reliquit, Math. 10.
quam & à diſcipulis ſuis aliquam domum intranti Lucæ. 10
bus quaſi opt. bonum optatum iri uoluit. De qua
quidem pace, quam ſola continet pacientia, ſuo lo
co non parum multa diximus, nunc transeunda.
Nunquid hæc pariter pacientiæ utilitas à quopiā
minus excellens putabitur? Haud quaquàm.
CVI *& alia ſuccedit utilitas minime contēnenda*

ſed ſumopere ſuſcipienda. Siquidem paciētia quæ cunq; tribulationes etiam multo duriſſimæ fieri ſolent leuiores. nec tam durum, nec tam arduum, nec tam difficile ſolet eſſe quicquàm, quod media pacientia non reddatur leuius, facilius & mitius, uſq; adeo, ut in adagium penè abierit. Pacientia uincit omnia. hinc & à Solomone quondam non ſine ſpiritusſancto dictum legimus, meliorem eſſe pacientem uiro forti, & eum, qui dominatur animo ſuo expugnatorem urbium. Cuius Poëta quidam non immemor in hanc planè aureã ſententiam concinuit. Durum ſed leuius fit paciētia. Quicqd corrigere eſt nefas. Et alius quidã, ſed comicus. Decet inquit, id pati animo æquo, ſi id facietis leuior labos erit. Atq; idem alio in loco, fortiter, ait, malũ qui patitur, idem poſt patitur bonum. Et ita nimirum eidem ſubſcribens alius ait. Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Inde fieri adſolet, ut rectus atq; integer animus praua fortunæ & dura atq; aſpera ferẽdi ſcientia molliat. IAM uero, quæ obſecro uictoria maior, quis præclarior triumphus, quàm quum per pacientiam uincimus atq; per eandem triumphamus? Si quæ nullo paratur ſanguine uictoria credi ſolet celebrior, quis non putet celebriorem pacientiæ eſſe, quæ utiq; hoſtem tacendo & quieſcendo ſine ictu & repercuſſione

Prouer. 16.

Hora. lib. 1. ode. 24.

Plaut. in Capt. & in Aſinaria.

cuſsione debellat, quando interim, qui iniuriam infert, miro adfligitur modo, quum ſe deſpectui eſſe arbitretur, reſponſum non accipiens, ſuo perinde gladio laborans, coactus tandem inire cum eo, quē perſequutus eſt, gratiam. Et profectò aliquid eſt, pacientem eo fieri pacto uictorem, ſed uera indubitataq; claret uirtute, qui ſe ipſum ſuperat. SI *igitur, fratres, quicquid aduerſum nos eſt ſine aliquo noſtro incommodo uincere contendimus, ſi que hoc ipſum, quo cruciamur, fieri leuius expetimus, ſi deniq; nobis beatam eſſe cum deo & hominibus pacem uolumus, ſi deniq; poſthac uitam ingredi æternam exoptamus, pacienter oportet feramus quicquid nobis, deo permittente, aut à dæmone, aut à ſeculo, aut à carne obuenit aduerſitatis, haud immemores eius, quod Apoſtolus ait. Iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & glorificamur in ſpe gloriæ filiorum dei, Nec id ſolum, ſed & gloriamur in tribulationibus ſcientes, quod tribulatio pacientiam operatur, pacientia autem probationem, probatio uero ſpem. Spes autem non confundit. Hæc ſi conſiderauerimus, proculdubio paciētiam ipſam in rebus aduerſis nequaquàm negligemus, maximè ubi didi* Rho. 5.

cerimus media, quibus pacientiam paulò facilius amplecti poſsimus, quorum, aliquot, & quidem præcipua, loco ſequenti recenſebimus.

QVIBVS MEDIIS ET CONSIDERATIONIBVS PACIENTIAM QVIS FACILIVS AMPLECTI POSSIT. CAP. VII.

QVVM, *ut ſuperiore loco diſputauimus, pacientia definiatur eſſe ueræ honeſtatis & utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſsio, atq; ideo uirtutum lōgè aſperrima, quæ & proinde in medio pelagi aduerſitatum, & in medio ignis tribulationum & cuſpidum ſibi locum uendicare dicitur, & eam ob rem non unicuiq; facile capeſſenda, fieri ſolet, non tam multi eam capiant quàm multi illam collaudant & concupiſcunt. Dubium ſane non eſt, quin plerique omnes eam, cui nomen pacientiæ, uirtutem uelint & ament, ſine qua nihil in actibus noſtris ad conſumandam laudem proficere ualet, & à qua* Iacob. 1. *quicquid laudis eſt ueræ inde oportet conſumationis firmitatē accipiat, ut quæ ſola, Iacobo teſte, opus habeat perfectum. Porro pacientia eſt quæ uel ſola coronam uitæ æternæ accipit, ſine qua im*

pleri nequit, quod in Euangelio dictum eſt. Regnū cœlorum uim patitur, & uiolēti rapiunt illud. Si Matt. 11. quidem pacientia ſit, quæ nos deo cōmendat et ſeruat. Ipſa pfectio eſt, quæ (ut & alias ex Cypriano diximus) quæ iram tēperat, quæ linguam frenat, mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetum frangit, timoris uiolentiam comprimit, incendium ſimultatis extinguit, coercet potentiā diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in uirginibus beatam integritatem, in uiduis laborioſam caſtitatem, in coniunctis & maritatis indiuiduam charitatem, facit humiles in proſperis, in aduerſis fortes, contra iniurias & contumelias mites, docet delinquentibus cito ignoſcere, ſi ipſi delinquimus diu & multum rogare; tentationes expugnat, perſequutiones tolerat, paßiones et martyria conſumat. Quid multis ipſa uel ſola eſt, quæ fidei noſtræ fundamenta firmiter iacet, quæ incrementa ſpei ſublimiter prouehit; quæ actum dirigit, ut tenere poßimus uiam Chriſti, & ſi qua attinent eò reliqua. Quis inquam modo eiuſmodi uirtutis, quæ tantis uber eſt bonis, non perquam cupidißimus eſſe poßit? NEMO utiq; exiſtimo eſt, qui illam non ex animo diligat, ſed perpaucos tamen eſſe, qui eandem capeſſant. utpote multo difficillimam, & prima perinde fronte adſperri

mam, quia ſita ſit non niſi in medijs omnium ma-lorum procellis, nēpe in duris laboribus, in odijs, in perſequutionibus, in iacturis facultatum, in ar-doribus febrium, in cruciatu uulnerum, in amißio-ne charorum, & in conſimilibus deniq; atq; hoc
Matt. 7. *genus infinitis propemodum aduerſis, quò nullus facile ſit acceſſurus, quum ea ſit eundū uia, & per eam ingrediundum portam, quæ uere arcta eſt & dura.* Dabimus igitur operam, ut qui aditus diffici-lis apparet longè reddatur ingredietibus facilior. quandoquidem nonnulla recenſuri ſumus, quibus qui uolet, pacientiam ſit alacrius ſuſcepturus.
ATQVE *ſanè pacientiam habere deſiderans.* PRIMO *cogitet quàm ad ipſam diligenter & paßim cohortetur ſcriptura, dicens. fili accedens*
Eccle. 2. *ad ſeruitutem dei, ſta in iuſticia & timore, & præ-para animam tuam ad tentationem.* Omne quod *tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua pacientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum. homines uero receptibiles in Camino humiliationis.* SECVN-*do cōſideret, quàm ſit utilis & neceſſaria in aduer-ſis pacientia ad bene beateq; uiuendum, ut ſine qua nemo ſit compos futurus de æterna beatitudine re-promißionis, ueluti inicio diſputauimus.* TER-TIO *cōſideret, ſibi aduerſa ualere cōtra abuſionē humanæ*

humanæ fœlicitatis & proſperitatis, qua pleriq; abutentes multis ſe ſceleribus obnoxios reddunt, à quibus per aduerſa alieni eſſe poterant. Cuiuſmodi fuiſſe legimus Solomonem, Dauidem, Ezechiam *& reliquos, qui in rebus ſecundis grauiter peccantes tandem ſunt ob aduerſa ad deum redire coacti. Sic quum olim filij Iſrahel incraſſati, impinguati, dilatatiq; eſſent, recalcitrare cœperunt, ac ſimul diuinorum beneficiorum immemores deum factorem ſuum dereliquerunt, & à deo ſalutari ſuo receſſerunt. Atq; hoc eſt quod Apoſtolus datum ſibi propterea eſſe ſtimulum carnis. ſ. angelum Sathanæ, qui ſe colaphiſet, ne magnitudine reuelationũ ſuperbius efferri poßit.* QVARTO, *meminerit ſe fortaßis huiuſmodi aduerſis luere propter peccata ſua præterita, quibus deum offendit. Siquidem propter peccata ueniant aduerſa. Quoniam. n. uiam domini non tenemus, nec data nobis ad ſalutem cœleſtia mandata ſeruamus, fit ut multifariam, deo permittente adfligimur, fit, inquàm ut plerũq; laboramus pluuia & ſerenitate, fit etiã nũ ut terra efficiatur ſterilis, uineam debilitet grãdo cadens, oleam detruncat turbo ſubuertens, fontem ſiccitas ſtatuat, aerem peſtilens aura corrumpat, & homines morbida ualetudo conſumat. Hæc nimirum & id genus alia non niſi peccatis prouo*

Deut. 32.

2. Cor. 12.

Eſaiæ. 59.

cantibus plerunq; ueniunt, domino deo adfirmã-
Pſal. 88. te, quum ait. Si dereliquerint legem meam & in
iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtificationes
meas prophanauerint, & præcepta mea nõ obſer
uauerint, uiſitabo in uirga facinora eorum, & in
flagellis delicta eorum. Et dominus quoq; Chri-
Lucæ. 12. ſtus, Seruus, inquit, ille qui cognoſcit uoluntatem
domini ſui, & non paruerit uoluntati eius, uapu-
labit multis. Quæ deniq; flagella deus opt. tum du
plicat & auget, quum ipſi interim non emenda-
mur, ut quibus ille exacerbetur, quando nihil ta-
lia & tanta proficiant, alibi proinde cum queri-
Hiere. 2. monia dicens. Sine cauſſa percußi filios ueſtros, di
ſciplinam non exceperunt. Et hoc eſt quod domi-
nus ipſe alias ad eum, quem à diuturno morbo cu-
Ioan. 5. rarat, dicit. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare,
ne deterius tibi aliquid contingat. CVIVS uti-
nam hac tempeſtate memores eſſemus, qui tot pla
gis & flagellis à deo uiſitati nondum neq; de pec-
catis noſtris dolemus, neq; credimus, neq; accipi-
mus diſciplinam, neq; formidamus, id quod pluſ-
quã auditu horrendum non poteſt non eſſe maio-
rum malorum præſagium. QVINTO cogitet
ſe eiuſmodi malis ad ſalutem diſtringi, nimirum
ut ſic adflictus alibi poßit gehennam declinare,
quum omnino ut bonis ſua præmia, ſic & malis
ſua ſunt

ſua ſint definita ſupplicia ſiue in hoc ſiue in alio ſeculo, Abrahamo ad diuitem Epulonem dicẽte, fili recordare, quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic cõſolatur, tu uero cruciaris. Modo non dubitet, qui hic pacienter pro ſuis patitur peccatis aduerſa, quin æternos deinde ſit, deo miſerante, cruciatus cum gaudio euaſurus, illud quidem Paulus haud obſcure ſubindicat, dicens. Dum iudicamur autem à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. SEXTO *conſideret paternam in ſe domini miſerationem, qua ſic diligitur, ut uelit hic ipſum iri punitum ut alias in uera quiete tutus eſſe poßit. Flagellat enim, inquit Apoſtolus, omnem filium quem recipit & diligit deus, qui de ſe ipſo ait. Ego quos amo, corrigo & caſtigo. Agit nimirum deus planè miſericorditer cum homine, quoniam ſic in eius peccata animaduertit, ut aliâs à pena futurus ſit liber. Eſtq́; dubio procul argumẽtum dei miſerentis, quum quis ilico poſt peccatũ pœnæ ſubijcitur, futurum enim non dubitamus, quin ad maiora bona illum conſeruet, quem præſentibus bonis priuat, cuiusq́; hic peccatorum ſordes detergit, quas in eo in æternum non uult uidere. Ita & ediuerſo argumentum eſſe poterit facile conſpicuum æternæ alibi damnationis ſucceſſum*

Lucæ. 16.
1. Cor. 11.
Hebr. 12.
Apoca. 3.
2. Mach. 6.

Lucæ.16. *hoc in mundo temporalium. Cuius diues ille epulo teſtimonium præbet omni exceptione maius ultra non parum multas alias ſcripturas, quas hic tranſeo, quum ſuo loco de eis ad longum pro tempore nobis fuit diſſertacio. Certe Seneca quondam non abſurde nihil eo cenſuit eſſe infœlicius, cui nũquam aliquid accidiſſet aduerſi, quoniam & de eo dij male iudicarent.* SEPTIMO *cogitet neceſſitatem eiuſmodi aduerſitatum, utpote quibus hæc uita nunquam, ſic deo ordinante, carere poßit,*

Iob.14. *quæ utcunq; breuis ſit ac umbræ ſimillima, miſerijs tamen & erumnis plenißima eſt ex neceßitate maledictionis, qua illi deus ob peccatum protoplaſti in hæc uerba maledixit. Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. Maledicta terra in*

Gene.3. *opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Tribulos & ſpinas germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore uultus tuiueſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Qui modo impaciẽter ferret, quod neceſſum ſit ferat, ipſo uel ad ſummum reluctante & dilacerante? An non per neceßitatem huiuſce modi ſe ſolabatur David de mortuo filio, quem re-*

2.Reg.12. *uocare non potuit, inquiens. Propter infantem dum adhuc uiueret ieiunaui & fleui. Dicebã enim quis ſcit, ſi forte donet eum mihi dominus, & uiuat in-*

uat infans. Nunc autem, quia mortuus eſt, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare amplius? Ego uadam magis ad eum, ille uero non reuertetur ad me. Hac ſimiliter neceßitate ſibi credo ſolatium quæſiuit Iob, pauper ac inops effectus, quũ ait. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc, dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt. Ita & ipſi aduerſis aliquando uexati dicere meminerimus, nec nobis uelim ab ore & corde abfuturũ, quod in Comico dictum nouimus. Vt quimus, quãdo ut uolumus non licet. Sanè quæ uitari nequeunt minus nocent, ſi æquo animo feruntur. Inde natum, Authore A. Gellio, prouerbium, quo dici conſueuit. Feras non culpes, quod uitari nequit. Quo ſanè monemur, ut mala fatalia, quæ nulla ratione poßint neq; declinari neq; propelli, ſaltem animi æquitate leniantur. Et qd' huic adfine eſt in actis Apoſtolicis Σκληρόν σοι πρὸσ κέντρα λακτίζειν *Ne contra ſtimulũ calcitres.* OCTAVO *conſideret impacientiæ incommoda, quàm enim utilis eſt pacientia tam eſt omnibus pernicioſa impacientia. Siquidem omnia prorſus, quæ pacientia ædificat ad gloriam, impacientia deſtruit ad ruinã. Hinc uæ minatur ſcriptura iis, qui pacientiam perdidere. Dum enim qui mala pati nolũt,*

Iob. 1.

Act. 9.

Eccle. 2.

non efficiuntut à malis eruantur, ſed ut mala gra uiora patiantur, quorum pleriq; ſibi & mortem animæ & corporis conſciuere, quibus nihil de=ploratius, ut qui in ſpiritumſanctum peccent, nec
Matt. 12. *hic nec alibi ſuorum peccatorum indulgẽtiam ob=*
Mar. 3. *tinentes, quum deſperauerint. quibus de alio in lo=*
Lucæ. 12. *lo copioſa nobis habita eſt diſputatio. Quàm ue=ro ſit impacientia pleriſq; omnibus nociua penè*
Eſa. 14. *à naſcente mundo commonſtrãt exempla. Quia enim Zabulus hominem ad imaginem dei factum impacienter tulit, primus perijt & perdidit.*
Gene. 3. *Adamus contra præceptum cæleſte cibi letalis impaciens in mortem cecidit, nec acceptam diui=nitus gratiam pacientia cuſtode ſeruauit. Sic quia*
Gene. 4. *Chaimus ſacrificij & muneris fratris fuit impaci=ens, eundem interemit. Et quoniam Eſau de maio*
Gene. 25. *ribus ad minora deſcendit, primatus ſuos per im=pacientiam lentis amiſit. Sic quum Iudaicus popu*
Deut. 9. *lus Moyſi cum deo loquentis moras ferre non po=tuit, impaciens prophanos deos auſus eſt poſtula=re, ſeq; impacientia perdidit. Sic impacientia in*
Exod. 32. *eccleſia hæreticos facit, & ad Iudæorum ſimili=tudinem contra Chriſti pacem & charitatem re=belles ad hoſtilia & furioſa odia compellit.*
QVID MVLTA? *Impacientia non parum multi & magni Cæſares, reges, duces, idq; genus*
Satrapæ,

Satrapæ, ſe ſuos adeoq; ſua regna & dominia perdiderũt, ut in aliquibus noſtro quoq; tempore experientia rerum magiſtra, docuit. In ſumma, nihil impacientiæ ductu fœliciter, nihil recte, nihil bene geri poteſt, quemadmodum & iracundiæ, quum hæc & illa ratione atq; huius cõſilio uacet. Hinc *non eſt, quod uel ægrotantes uel perſequutiones uel iniurias ſentientes quoquo modo ſimus impacientes, quibus alioqui adaugeatur ægritudo & triſticia, in nobiſq; ipſis acerbius punimur.* Igitur *nequaquã impaciens ſis eius, qua adficeris, iniuriæ, contumeliæ, conuicij, quaſi retaliaturus, ubi temetipſum certo ſis mulctaturus, immo ſi quis irritat, exaſperat, conuiciatur, laceßit, ad uiolentiam prouocat, ad iurgium uocat, ſilebis, mutuſq; fieri non erubeſces.* Siquidem *peccator ſit, qui te prouocat, qui iniuriam facit, teq; ſui ſimilem fieri deſiderat.* Si *tacebis non tibi ſed illi, ſine tamen ſalutis tuæ diſpendio, incommodabis.* Si *enim tacueris, ille plus rumpitur, uictum ſe reputat, irriſum, poſt habitum, atq; illuſum.* Si *reſpondeas, ſuperiorem ſe factum arbitratur, quia parem inuenit.* Si *referas contumeliam, dicetur.* Ambo *conuiciati ſunt uterq; condemnatur, nemo abſoluetur, ac tibi ſic eris incõmodo.* Quanto *proinde rectius, ubi irritatus fueris, dißimulabis, ſilebis, tua con=*

tentus conſcientia, plus te committens bonorum iudicio, quã criminantis inſolentiæ. Sic enim cedendo uinces, ac fugiens grauiore ſequentem uulnerabis ictu. Sic Dauid, quum malediceret ei filius Semei, & crimina obijceret, tacebat & humiliabatur, & ſilebat à bonis ſuis, dicẽs. Sine ut maledicet, qa dominus dixit illi, ut maledicat. Et Paulus *quoq; cũ perſequutionẽ patiebatur ſuſtinuit, uincens & mitigans humanum adfectum propoſitæ mercedis gratia, ut filius dei fieret, inquiens.* Ma*ledicimur & benedicimus.* Simile, *ſed diſsimili tamen cauſſa, memoriæ proditum eſt de* Imp. Augu*ſto, ut qui conuicijs contra ſe dictis non motus fuerit, uerum conuiciãtibus ſuaſerit, quo linguis moderatius uterentur, qui nec ab inimicis irritari potuerit, quos ad ſe reuertentes gaudio ſuſcepit.* Sic *& pij* Imp. *dicunt. Si quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus improbo petulantiq; maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulentus obtrectator tẽporum noſtrorũ fuerit, eum pœnæ uolumus ſubiugari, neq; durũ aliquid nec aſperum uolumus ſuſtinere.* Q*uoniã ſi id ex leuitate proceſsit, contẽnendum eſt, ſi ex inſania miſeratione digniſsimũ, ſi ab iniuria remittendũ. Si hoc* Imp. *pijſſ. qd nos homũtiones?* Nõne *& eos recte ſequemur?* At *nunqd potes in domo tua quod Au-*

1. Reg. 16.

1. Cor. 4.

l. 1. C. Si qs Imp. male.

quod Auguſtus in toto terrarum orbe? Ille, ut dixi mus, pacientiæ ſtudioſus hoſtibus ignouit, & tu non ignoſces negligentibus & garrulis famulis? Si quidem puer eſt, qui te laceßit, ætati, ſi fœmina, ſexui, ſi extraneus, libertati, ſi domeſticus, familiaritati, ſi amicus eius uoluntati, ſi inimicus, eius debito, ſi ſtultus, ſtulticiæ dabis & ignoſces, ita nimirum fiet, ut pacientiam facile ſis cum magno tuo commodo habiturus. NONO, *conſideret multa & ingentia commoda, adeoq́; tot pacientiæ fructus, quorũ & hac in parte meminerimus, etſi & paulo ſupra eorum habita eſt à nobis mẽtio.* Haud *ſané paruipendendus eſt hic fructus pacientiæ, qđ aduerſa, quorum debet eſſe pacientia, intellectum ſic illuminat, ut qua opus ſit re intelligat, quod uti qúe ignoraret abſentibus aduerſitatibus,* Nabucho*donozor .n. in proſperitate conſtitutus in tantam* Daniel.4. *mentis cæcitatem peruenit, ut tam contra deum et homines ſuperbiret, neminem ſibi parẽ exiſtimãs, qui deinde aduerſitate correptus cognouit quam eſſet omnino nullus, & quid agundum non dubitauit.* Indeq́; *fit, ut & aduerſitatibus uoluntas ipſa deprauata in melius commutari ſoleat.* Cuius *memorabile relictum eſt exemplum in* Manaſſe, *rege* 2.Para.33. Iuda, *qui quum peßimus eſſet mortalium, nec poſſet à quoquàm flecti, tandem ductus in* Babyloniã

conuerſus pœnitere cœpit, fieriq́; melior. Adde, qđ & rebus aduerſis cõcupiſcẽtia refrenatur. Nõ enim poteſt corpus, quum flagellis atteritur, libidinoſis delectationibus uagari, nec de carnalibus cogitare, quum uideamus & immaniſsimas beſtias à maximis uoluptatibus coherceri. Sic filius ille pro-

Lucæ. 16. digus accepta portione ſubſtantiæ, quum omnia in regione longinqua dilapidaſſet, aduerſa fame relictis uoluptatibus ad patrẽ redire compulſus eſt. Eſt & hic minime cõtemnendus fructus, quod quis in aduerſis proprias agnoſcit uires, & quàm uane de ſe ipſo nonnunquàm ſenſerit, intelligit. Sicut

Eccle. 27. enim uaſa figuli probat fornax ita, inquit ſcriptura, homines iuſtos tentatio tribulationis. Siquidem non artem gubernandi mare tranquillum aut obſequens uentus oſtendit ſi cum uel fluctus inundans gübernacula eruperit, uel uentus nauim ualidus concuſſerit. Quales & quanti Iob & Paulus,

Iob. 1. immo & alij eſſent, in tribulationibus non obſcu-

2. Cor. 12. re didicerunt. Demum & hunc addiderim pacientiæ fructum, quod ipſa rerum aduerſitas fidelis ſit uirtutis & probitatis cuſtos. Dubitari quidem non poteſt, quin uel ſanctiſsimi aliquando homines in uicia laberentur, niſi aduerſis cohercerentur. quod

2. Cor. 12. idem Apoſtolus de ſe ipſo facile oſtendit, dicens, ſibi uel ideo ſtimulum carnis à domino permiſſum

ne tollere-

ne tolleretur reuelationũ magnitudine. Certè cor Solomonis non aliam ob cauſam funditus ſapientiam deſeruit, quàm quia nulla illum forinſecus diſciplina cuſtodierit. In aduerſis igitus poſitus hæc & horum ſimilia conſideret, ac demum haud dubiè pacientiam eſt habiturus. DECIMO *conſideret, aduerſa nihil in animam ipſam, quæ nobiliſſima eſt, ſed ſolum in corpus & hæc exteriora, quæ uanitati ſubiecta conſtat, poſſe, immo ſi pacienter fuerint tollerata, conſeruare animam, & ea quæ animæ ſunt ueluti uirtutes & diſciplinæ. Hinc ad diſcipulos dominus, nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed pocius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Quis proinde mœſtior fiet ex aduerſis, quæ conſeruant ſalutem animæ, qua nihil ſub cœlo preciosius? nec enim homo redditur ſe minor, ubi ei uel de diuicijs, uel pompis, uel honoribus, uel ualetudine detrahitur quicquàm, quum ea nõ ſua ſed fortunæ ſint, in quæ & illa ſuam, deo permittente, exercet poteſtatem.* VNDECIMO, *cogitet in aduerſis de diuina ꝓuidentia, qua credat eiuſmodi aduerſa ſibi prouiſum. utpote quæ tanta eſt, ut etiam ſibi notos habeat noſtros capillos quaſi numeratos, ſine cuius etiã* Matt. 10. *uoluntate paſſer uel quamlibet uilis ſuper terram* Lucæ. 12.

non cadit. Sic qui aduerſis angitur prorſus credat
ea ſibi ex dei prouidentia euenire, qui cum ſit pa-
ter ſuus idemq; optimus & ſapientiſsimus, nihil
ſuæ inferret creaturæ aut inferri ſineret, niſi quod
illi ad ſalutem conducere ſciret & uellet, utpote
Hebræ. 4. cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta. Cuius eti-
am ſapientia attingit à fine uſq; in finem fortiter,
Sap. 8. & diſponit uniuerſa ſuauiter. Quæ etiam uult &
Rho. 8. poteſt pacienti quæcunq; mala in bonum coope-
Exod. 2. rari. Quis enim ignorat, quàm miſere Moſes in
terra Madian exulauerit, qui tamẽ exilij paciens
à deo tandem dux Iſraelitarum conſtitutus eſt, &
ultra omnes dei amicos diuinis alloquijs uſus. Nec
1. Reg. 16. clam eſt, quàm fuerit olim Dauid ab hominibus de
ſpectus, & quantis quanq; uarijs tribulationibus
circundatus, qui tamen deinde ſummo cum gaudio
Sauli in regnum, deo ordinante, ſucceſsit.
DVODECIMO, cogitet, quàm ſit breue tempus,
Iacob. 4. in quo aduerſis excruciatur, utpote ad tempus fu-
turum collatum non ſecus ſit atq; momentũ. Quid
Eſaiæ. 40. enim (quærit Iacobus) uita noſtra niſi uapor ad-
modicum patens. Imo propheta clamante, omnis
caro fœnũ. Ex qua nimirum tẽporis breuitate non
debuerit non breuis eſſe aduerſitas. Solemus enim
parũ uel nihil curare, quæ cito tranſeunt. TER-
TIODECIMO cogitet de mutatiõe aduerſitatũ,
quando-

quãdoquidem nihil ſemper duret, nec in ſuo ſtatu ſemper res permanet. Sperandum itaq; eſt, forte huiuſmodi tribulationes propediem uerſum iri in gaudium. Spe enim mutationis in melius, omnes uehimur & ſuſtentamur, ſic Iob, poſt tenebras, inquit, ſpero lucem. Domini quidem uerbum eſt. In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego uici mundũ, triſtitia ueſtra uertetur in gaudium, et profectò ut nulla perpetua eſt lætitia, ſic nec tribulatio. Atq; ſolet plærunq; tum fortuna melior adeſſe, quum maxime premit, quaſi expertura pacientiam noſtram. Cuius ipſe deus opt. argumentũ in ipſis elementis reliquit, in quibus ſepe uidemus ſubito pluuias & nubes in ſerenitatem inopinatam mutari, id quod fore nemo putaſſet. Sic apud Theocritũ paſtor, Fidere, inquit, Batte decet melius cras forſan habebis. Sic quoq; Poëta Lyricus ait. Albus ut obſcuro detergit nubila cœlo Sæpe notus, neq; parturit imbres ꝑpetuos, ſic tu ſapiens finire memento triſticiam uitæq; labores. Et alius quoq; Poeta cecinit. O ſocij (neq; enim ignari ſumus ante malorum) O paſſi grauiora, dabit deus ijs quoq; finem. QVARTODECIMO, conſideret quanta ſibi non modo in hac uita ſed et certo alias ſit futura de huiuſmodi breuibus & exiguis aduerſis merces, nimirũ gloria æternitatis

Iob. 17.
Ioan. 16.
Hora. lib. 1. Ode. 7.
Virg. 1. Aenei.

cantibus plerunq; ueniunt, domino deo adfirmãte, quum ait. Si dereliquerint legem meam & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtificationes meas prophanauerint, & præcepta mea nõ obſeruauerint, uiſitabo in uirga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Et dominus quoq; Chri-
Pſal. 88.
Lucæ. 12. *ſtus, Seruus, inquit, ille qui cognoſcit uoluntatem domini ſui, & non paruerit uoluntati eius, uapulabit multis. Quæ deniq; flagella deus opt. tum duplicat & auget, quum ipſi interim non emendamur, ut quibus ille exacerbetur, quando nihil talia & tanta proficiant, alibi proinde cum querimonia dicens.*
Hiere. 2. *Sine cauſſa percußi filios ueſtros, diſciplinam non exceperunt.* Et hoc eſt quod dominus ipſe alias ad eum, quem à diuturno morbo curarat, dicit.
Ioan. 5. *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* CVIVS utinam hac tempeſtate memores eſſemus, qui tot plagis & flagellis à deo uiſitati nondum neq; de peccatis noſtris dolemus, neq; credimus, neq; accipimus diſciplinam, neq; formidamus, id quod pluſquã auditu horrendum non poteſt non eſſe maiorum malorum præſagium. QVINTO cogitet ſe eiuſmodi malis ad ſalutem diſtringi, nimirum ut ſic adflictus alibi poßit gehennam declinare, quum omnino ut bonis ſua præmia, ſic & malis

ſua ſunt

ſua ſint definita ſupplicia ſiue in hoc ſiue in alio ſe Lucæ.16.
culo, Abrahamo ad diuitem Epulonem dicēte, fili recordare, quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic cōſolatur, tu uero cruciaris. Modo non dubitet, qui hic pacienter pro ſuis patitur peccatis aduerſa, quin æternos deinde ſit, deo miſerante, cruciatus cum gaudio euaſurus, illud quidem Paulus haud obſcure ſubindicat, dicens. Dum iudicamur autem à do 1.Cor.11.
mino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. SEXTO *conſideret paternam in ſe domini miſerationem, qua ſic diligitur, ut uelit hic ipſum iri punitum ut alias in uera quiete tutus eſſe poßit. Flagellat enim, inquit Apoſtolus, omnem* Hebr.12.
filium quem recipit & diligit deus, qui de ſe ipſo Apoca.3.
ait. Ego quos amo, corrigo & caſtigo. Agit nimirum deus planè miſericorditer cum homine, quoniam ſic in eius peccata animaduertit, ut aliâs à pena futurus ſit liber. Eſtq; dubio procul argumētum dei miſerentis, quum quis ilico poſt peccatū pœnæ ſubijcitur, futurum enim non dubitamus, 2.Mach. 6.
quin ad maiora bona illum conſeruet, quem præſentibus bonis priuat, cuiuſq; hic peccatorum ſordes detergit, quas in eo in æternum non uult uidere. Ita & ediuerſo argumentum eſſe poterit facile conſpicuum æternæ alibi damnationis ſucceſſum

Lucæ.16. hoc in mundo temporalium. Cuius diues ille epu-
lo teſtimonium præbet omni exceptione maius ul-
tra non parum multas alias ſcripturas, quas hic
tranſeo, quum ſuo loco de eis ad longum pro tem
pore nobis fuit diſſertacio. Certe Seneca quondam
non abſurde nihil eo cenſuit eſſe infelicius, cui nũ-
quam aliquid accidiſſet aduerſi, quoniam & de eo
dij male iudicarent. SEPTIMO cogitet neceſ-
ſitatem eiuſmodi aduerſitatum, utpote quibus hæc
uita nunquam, ſic deo ordinante, carere poßit,
Iob.14. quæ utcunq; breuis ſit ac umbræ ſimillima, miſe-
rijs tamen & erumnis pleniſsima eſt ex neceßita-
te maledictionis, qua illi deus ob peccatum proto-
plaſti in hæc uerba maledixit. Multiplicabo eru-
mnas tuas & conceptus tuos. Maledicta terra in
Gene.3. opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis die-
bus uitæ tuæ. Tribulos & ſpinas germinabit ti-
bi, & comedes herbas terræ. In ſudore uultus tui
ueſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de
qua ſumptus es. Qui modo impaciẽter ferret, quod
neceſſum ſit ferat, ipſo uel ad ſummum reluctante
& dilacerante? An non per neceßitatem huiuſce
modi ſe ſolabatur Dauid de mortuo filio, quem re-
2.Reg.12. uocare non potuit, inquiens. Propter infantem
dum adhuc uiueret ieiunaui & fleui. Dicebã enim
quis ſcit, ſi forte donet eum mihi dominus, & ui-
uat in-

*uat infans. Nunc autem, quia mortuus eſt, qua-
re ieiuno? Nunquid potero reuocare amplius?
Ego uadam magis ad eum, ille uero non reuerte-
tur ad me.* Hac ſimiliter neceßitate ſibi credo ſo-
latium quæſiuit Iob, pauper ac inops effectus, Iob.1.
quũ ait. *Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ,
& nudus reuertar illuc, dominus dedit, dominus
abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt.* Ita
& ipſi aduerſis aliquando uexati dicere memine-
rimus, nec nobis uelim ab ore & corde abfuturũ,
quod in Comico dictum nouimus. *Vt quimus, quã-
do ut uolumus non licet.* Sanè quæ uitari neque-
unt minus nocent, ſi æquo animo feruntur. Inde
natum, Authore A. Gellio, prouerbium, quo dici
conſueuit. *Feras non culpes, quod uitari nequit.*
Quo ſanè monemur, ut mala fatalia, quæ nulla ra
tione poßint neq; declinari neq; propelli, ſaltem
animi æquitate leniantur. Et qd' huic adfine eſt in Act.9.
actis Apoſtolicis σκληρόν σοι πρὸς κέντρα
λακτίζειν Ne contra ſtimulũ calcitres. OCTA
VO conſideret impacientiæ incommoda, quàm
enim utilis eſt pacientia tam eſt omnibus pernicio
ſa impacientia. Siquidem omnia prorſus, quæ pa-
cientia ædificat ad gloriam, impacientia deſtruit
ad ruinã. Hinc uæ minatur ſcriptura ijs, qui paci- Eccle.2.
entiam perdidere. Dum enim qui mala pati nolũt,

non efficiuntut à malis eruantur, ſed ut mala grauiora patiantur, quorum pleriq; ſibi & mortem animæ & corporis conſciuere, quibus nihil deploratius, ut qui in ſpiritumſanctum peccent, nec
Matt. 12. *hic nec alibi ſuorum peccatorum indulgētiam ob-*
Mar. 3. *tinentes, quum deſperauerint. quibus de alio in lo-*
Lucæ. 12. *lo copioſa nobis habita eſt diſputatio. Quàm uero ſit impacientia pleriſq; omnibus nociua penè*
Eſa. 14. *à naſcente mundo commonſtrāt exempla. Quia enim Zabulus hominem ad imaginem dei factum impacienter tulit, primus perijt & perdidit.*
Gene. 3. *Adamus contra præceptum cæleſte cibi letalis impaciens in mortem cecidit, nec acceptam diuinitus gratiam pacientia cuſtode ſeruauit. Sic quia*
Gene. 4. *Chaimus ſacrificij & muneris fratris fuit impaciens, eundem interemit. Et quoniam Eſau de maio-*
Gene. 25. *ribus ad minora deſcendit, primatus ſuos per impacientiam lentis amiſit. Sic quum Iudaicus popu-*
Deut. 9. *lus Moyſi cum deo loquentis moras ferre non potuit, impaciens prophanos deos auſus eſt poſtulare, ſeq; impacientia perdidit. Sic impacientia in*
Exod. 32. *eccleſia hæreticos facit, & ad Iudæorum ſimilitudinem contra Christi pacem & charitatem rebelles ad hoſtilia & furioſa odia compellit.*

QVID MVLTA? *Impacientia non parum multi & magni Cæſares, reges, duces, idq; genus*

Satrapæ,

Satrapæ, ſe ſuos adeoq; ſua regna & dominia perdiderũt, ut in aliquibus noſtro quoq; tempore experientia rerum magiſtra, docuit. In ſumma, nihil impacientiæ ductu feliciter, nihil recte, nihil bene geri poteſt, quemadmodum & iracundiæ, quum hæc & illa ratione atq; huius cõſilio uacet. Hinc *non eſt, quod uel ægrotantes uel perſequutiones uel iniurias ſentientes quoquo modo ſimus impacientes, quibus alioqui adaugeatur ægritudo & triſticia, in nobisq; ipſis acerbius punimur.* Igitur *nequaquã impaciens ſis eius, qua adficeris, iniuriæ, contumeliæ, conuicij, quaſi retaliaturus, ubi temetipſum certo ſis mulctaturus, immo ſi quis irritat, exaſperat, conuiciatur, laceßit, ad uiolentiam prouocat, ad iurgium uocat, ſilebis, mutusq; fieri non erubeſces.* Siquidem *peccator ſit, qui te prouocat, qui iniuriam facit, teq; ſui ſimilem fieri deſiderat.* Si *tacebis non tibi ſed illi, ſine tamen ſalutis tuæ diſpendio, incommodabis.* Si *enim tacueris, ille plus rumpitur, uictum ſe reputat, irriſum, poſt habitum, atq; illuſum.* Si *reſpondeas, ſuperiorem ſe factum arbitratur, quia parem inuenit.* Si *referas contumeliam, dicetur.* Ambo *conuiciati ſunt uterq; condemnatur, nemo abſoluetur, ac tibi ſic eris incõmodo.* Quanto *proinde rectius, ubi irritatus fueris, dißimulabis, ſilebis, tua con=*

tentus conſcientia, plus te committens bonorum iudicio, quã criminantis inſolentiæ. Sic enim cedendo uinces, ac fugiens grauiore ſequentem uul-
1.Reg.16. *nerabis ictu. Sic Dauid, quum malediceret ei filius Semei, & crimina obijceret, tacebat & humiliabatur, & ſilebat à bonis ſuis, dicẽs. Sine ut maledicet, qa dominus dixit illi, ut maledicat. Et Paulus quoq; cũ perſequutionẽ patiebatur ſuſtinuit, uincens & mitigans humanum adfectum propoſitæ*
1.Cor.4. *mercedis gratia, ut filius dei fieret, inquiens. Maledicimur & benedicimus. Simile, ſed diſsimili tamen cauſſa, memoriæ proditum eſt de Imp. Auguſto, ut qui conuicijs contra ſe dictis non motus fuerit, uerum conuiciãtibus ſuaſerit, quo linguis moderatius uterentur, qui nec ab inimicis irritari potuerit, quos ad ſe reuertentes gaudio ſuſcepit. Sic & pij Imp. dicunt. Si quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus improbo petulantiq; maledi-*
l.1. C. Si qs Imp. male. *cto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulentus obtrectator tẽporum noſtrorũ fuerit, eum pœnæ uolumus ſubiugari, neq; durũ aliquid nec aſperum uolumus ſuſtinere. Quoniã ſi id ex leuitate proceſsit, contẽnendum eſt, ſi ex inſania miſeratione digniſsimũ, ſi ab iniuria remittendũ. Si hoc Imp. pijſſ. qd nos homũtiones? Nõne & eos recte ſequemur? Aut nunqd potes in domo tuã*

quod Au-

quod Auguſtus in toto terrarum orbe? Ille, ut diximus, pacientiæ ſtudioſus hoſtibus ignouit, & tu non ignoſces negligentibus & garrulis famulis? Si quidem puer eſt, qui te laceßit, ætati, ſi fœmina, ſexui, ſi extraneus, libertati, ſi domeſticus, familiaritati, ſi amicus eius uoluntati, ſi inimicus, eius debito, ſi ſtultus, ſtulticiæ dabis & ignoſces, ita nimirum fiet, ut pacientiam facile ſis cum magno tuo commodo habiturus. NONO, *conſideret multa & ingentia commoda, adeoq; tot pacientiæ fructus, quorū & hac in parte meminerimus, etſi & paulo ſupra eorum habita eſt à nobis mētio.* Haud *ſané paruipendendus eſt hic fructus pacientiæ, qđ aduerſa, quorum debet eſſe pacientia, intellectum ſic illuminat, ut qua opus ſit re intelligat, quod uti qúe ignoraret abſentibus aduerſitatibus,* Nabucho*donozor .n. in proſperitate conſtitutus in tantam* Daniel. 4.
mentis cæcitatem peruenit, ut tam contra deum et homines ſuperbiret, neminem ſibi parē exiſtimās, qui deinde aduerſitate correptus cognouit quam eſſet omnino nullus, & quid agundum non dubitauit. Indeq; *fit, ut & aduerſitatibus uoluntas ipſa deprauata in melius commutari ſoleat. Cuius memorabile relictum eſt exemplum in* Manaſſe, *rege* 2. Para. 33.
Iuda, *qui quum peßimus eſſet mortalium, nec poſſet à quoquàm flecti, tandem ductus in* Babyloniā

conuerſus pœnitere cœpit, fieriq; melior. Adde, qd' & rebus aduerſis cõcupiſcẽtia refrenatur. Nõ enim poteſt corpus, quum flagellis atteritur, libidinoſis delectationibus uagari, nec de carnalibus cogitare, quum uideamus & immaniſsimas beſtias à maximis uoluptatibus coherceri. Sic filius ille pro

Lucæ.16. digus accepta portione ſubſtantiæ, quum omnia in regione longinqua dilapidaſſet, aduerſa fame relictis uoluptatibus ad patrẽ redire compulſus eſt. Eſt & hic minime cõtemnendus fructus, quod quis in aduerſis proprias agnoſcit uires, & quàm uane de ſe ipſo nonnunquàm ſenſerit, intelligit. Sicut

Eccle.27. enim uaſa figuli probat fornax ita, inquit ſcriptura, homines iuſtos tentatio tribulationis. Siquidem non artem gubernandi mare tranquillum aut obſequens uentus oſtendit ſi cum uel fluctus inundans gũbernacula eruperit, uel uentus nauim ualidus concuſſerit. Quales & quanti Iob & Paulus,

Iob.1. immo & alij eſſent, in tribulationibus non obſcu-

2.Cor.12. re didicerunt. Demum & hunc addiderim pacientiæ fructum, quod ipſa rerum aduerſitas fidelis ſit uirtutis & probitatis cuſtos. Dubitari quidem non poteſt, quin uel ſanctiſsimi aliquando homines in uicia laberentur, niſi aduerſis coherceerentur. quod

2.Cor.12. idem Apoſtolus de ſe ipſo facile oſtendit, dicens, ſibi uel ideo ſtimulum carnis à domino permiſſum

ne tollere.

ne tolleretur reuelationũ magnitudine. Certè cor Solomonis non aliam ob cauſam funditus ſapientiam deſeruit, quàm quia nulla illum forinſecus diſciplina cuſtodierit. In aduerſis igitus poſitus hæc & horum ſimilia conſideret, ac demum haud dubiè pacientiam eſt habiturus. DECIMO *conſideret, aduerſa nihil in animam ipſam, quæ nobiliſſima eſt, ſed ſolum in corpus & hæc exteriora, quæ uanitati ſubiecta conſtat, poſſe, immo ſi pacienter fuerint tollerata, conſeruare animam, & ea quæ animæ ſunt ueluti uirtutes & diſciplinæ.* Hinc ad *diſcipulos dominus, nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed pocius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Quis *proinde mœſtior fiet ex aduerſis, quæ conſeruant ſalutem animæ, qua nihil ſub cœlo præcioſius? nec enim homo redditur ſe minor, ubi ei uel de diuicijs, uel pompis, uel honoribus, uel ualetudine detrahitur quicquàm, quum ea nõ ſua ſed fortunæ ſint, in quæ & illa ſuam, deo permittente, exerceet poteſtatem.* VNDECIMO, *cogitet in aduerſis de diuina ꝓuidentia, qua credat eiuſmodi aduerſa ſibi prouiſum. utpote quæ tanta eſt, ut etiam ſibi notos habeat noſtros capillos quaſi numeratos, ſine cuius etiã* Matt. 10. *uoluntate paſſer uel quamlibet uilis ſuper terram* Lucæ. 12.

non cadit. Sic qui aduerſis angitur prorſus credat ea ſibi ex dei prouidentia euenire, qui cum ſit pater ſuus idemq́; optimus & ſapientiſſimus, nihil ſuæ inferret creaturæ aut inferri ſineret, niſi quod illi ad ſalutem conducere ſciret & uellet, utpote cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta. Cuius eti-
Hebræ. 4. *am ſapientia attingit à fine uſq; in finem fortiter, & diſponit uniuerſa ſuauiter. Quæ etiam uult &*
Sap. 8. *poteſt pacienti quæcunq; mala in bonum coope-*
Rho. 8. *rari. Quis enim ignorat, quàm miſere Moſes in*
Exod. 2. *terra Madian exulauerit, qui tamẽ exilij paciens à deo tandem dux Iſraelitarum conſtitutus eſt, & ultra omnes dei amicos diuinis alloquijs uſus. Nec*
1. Reg. 16. *clam eſt, quàm fuerit olim Dauid ab hominibus deſpectus, & quantis quanq; uarijs tribulationibus circundatus, qui tamen deinde ſummo cum gaudio Sauli in regnum, deo ordinante, ſucceſſit.*

DVODECIMO, *cogitet, quàm ſit breue tempus,*
Iacob. 4. *in quo aduerſis excruciatur, utpote ad tempus futurum collatum non ſecus ſit atq; momentũ. Quid*
Eſaiæ. 40. *enim (quærit Iacobus) uita noſtra niſi uapor ad modicum patens. Imo propheta clamante, omnis caro fœnũ. Ex qua nimirum tẽporis breuitate non debuerit non breuis eſſe aduerſitas. Solemus enim parũ uel nihil curare, quæ cito tranſeunt.* TERTIODECIMO *cogitet de mutatiõe aduerſitatũ, quando-*

quãdoquidem nihil ſemper duret, nec in ſuo ſtatu ſemper res permanet. Sperandum itaq; eſt, forte huiuſmodi tribulationes propediem uerſum iri in gaudium. Spe enim mutationis in melius, omnes uehimur & ſuſtentamur, ſic Iob, poſt tenebras, Iob. 17.
inquit, ſpero lucem. Domini quidem *uerbum eſt.* In *mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego* Ioan. 16.
uici mundũ, triſtitia ueſtra uertetur in gaudium, et profecto ut nulla perpetua eſt lætitia, ſic nec tribulatio. Atq; ſolet plærunq; tum fortuna melior adeſſe, quum maxime premit, quaſi expertura pacientiam noſtram. Cuius ipſe deus opt. argumentũ in ipſis elementis reliquit, in quibus ſepe uidemus ſubito pluuias & nubes in ſerenitatem inopinatam mutari, id quod fore nemo putaſſet. Sic apud Theocritũ *paſtor,* Fidere, *inquit,* Batte *decet melius cras forſan habebis. Sic quoq;* Poëta Lyricus *ait.* Albus *ut obſcuro detergit nubila cœlo Sæpe* Hora. lib. 1.
notus, neq; parturit imbres ꝑpetuos, ſic tu ſapiens Ode. 7.
finire memento triſticiam uitæq́; labores. Et *alius quoq;* Poeta *cecinit.* O *ſocij (neq; enim ignari* Virg. 1. Aeneι.
ſumus ante malorum) O *paſſi grauiora, dabit deus ijs quoq; finem.* QVARTODECIMO, *conſideret quanta ſibi non modo in hac uita ſed et certo alias ſit futura de huiuſmodi breuibus & exiguis aduerſis merces, nimirũ gloria æternitatis*

in beatitudine cœleſti, iuxta ſeruatorem dicentem
Ioan. 16. *uos triſtabimini, ſed triſticia ueſtra uertetur in gaudium, & gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis*
2. Cor. 4. *Quem Paulus ſequẽs, id enim inquit, quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia ſunt, quæ autem non uidentur, æterna ſunt. Quæ nimirum conſideratio tantæ pro hiſce tribulationibus hoc in mũdo mercedis facile unumquenq; cogere debuerit, ut perquam pacienter ferat nihil non mali, quandoquidem, quod longe laborem, quæ inde præſtabitur, merces ſuperet, apoſtolo dicẽte. Exiſtimo enim nõ*
Rho. 8. *condignas eſſe paßiones huius temporis ad futurã, quæ in nobis reuelabitur, gloriã. Et hoc eſt quod Chriſtus, quum ad longum, quæ eius erant diſcipuli poſt ſuum ad cœlos aſcenſum paßuri recenſuit,*
Matt. 5. *inquit. Gaudete & exultate, quoniam merces ue-*
Lucæ. 6. *ſtra copioſa eſt in cœlis. Recte nimirum copioſa.*
Eſaiæ. 64. *quoniam tanta, quantam nec oculus uidit, nec au-*
1. Cor. 2. *ris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quã deus pro huius mũdi laboribus tribuet, merces erit. Hac igitur potißimum cõſideratione pacientiam unuſquiſq; amplecti debet, ut quæ ſit omnium longe*

maxima

maxima, cuius gratia nihil non malorum ſuffera=mus. QVINTODECIMO, *cogitet quanta pacientia nonnulli infidelium & prophanorum hominum ſuſtineant propter hæc temporalia, quæ tamen plerunq; uel non indipiſcuntur, uel ſi adi=piſcũtur, ea ſibi in perniciem uertunt, & ad æternam aliquoties damnationem. Quis oro in labori=bus, ſudoribus & uigilijs, adeoq; in aduerſitatibus pacientior apud* Ethnicos *extitit* Demoſthene & *Cicerone, ut doctrinæ & eloquentiæ laudem ob=tinerent? Quid illis profuit uoti fuiſſe compotes? Planè non modo nõ profuit, ſed utriq; ad mortem cauſa extitit.* Huic dextra, *q́ philippicas ſcripſit, amputata, illi caput & alteri abſciſum eſt, quum ab hoſte uterq; captus eſſet. Quis apud eoſdem ſubſannationis pacientior Sertorio? qui cum in bello quodam adhuc priuatus oculum amiſiſſet, non ſolum id infortunium fortiter tulit, ſed gloriari etiam eſt ſolitus, quod cæteri uiri fortes ſua uir=tutis inſignia torques, haſtas, coronas domi relin=querent, ipſe ibiq; ſua haberet decora.* Nonne & *magnæ fuit pacientiæ Cornelius Sylla, qui depoſi=ta dictatura, quum priuatus ſe domum reciperet, uno aut altero amicorum comitantibus in adoleſ=centis intemperiem incidit, cuius pater fuerat ab eo proſcriptus. Maledictis igitur ac probris exce=*

Gel. lib. 15. cap. 22.

Plini·lib·7· ca·43· ptum abeuntem inſectatus eſt, atrocem ultionem minaciter intendens, nullo interim ciuium intercedente, aut adoleſcentis petulantiam cohibente· tulit obiter Sylla tacitus pacienter hominis inſectationem, tãtum ad amicos conuerſus· hic inquit adoleſcens fecit hodie, ut quicunq; poſt hac dictaturã inuaſerit, non niſi cum morte ſit illam depoſiturus quod in C·Cæſare poſtea euenit· Idem quoq; tã fuit paciens ut pudore ſuffuſus phtiriaſim diſsimularit, ſoporiferam quietem morbo teterrimo prætexuit· Mutius quoq; Scæuola, quum deceptus ſcribam pro rege obtruncaſſet, dextram manum in ignem coniecit, fortiusq; Rhomana uirtus ſuam pertulit pœnã quàm infeſtiſsimus hoſtis ſpectare potuerit· Anaxarchus etiamnũ, quum in lapidea tyranni iuſſu tunderetur pila ferreis piſtillis, tantum abfuit ut ſignificationem ullam dederit doloris, ut hortatus ſit, etiam ad id opus tortores, tundite, inquit, pilam Anaxarchi· Nam Anaxarchum non tunditis· Si proinde ij & alij complures, & quidem Aethnici ob ſolam uanã laudem & gloriã uirtutis ſuæ tam pacienter aduerſa tulerint, Si quoq́ue nec iam deſunt qui propter uanas diuicias paciẽter ad extremos Indos, per mare, per ſaxa, per ignes currunt, quomodo ipſi nõ pacienter feramus omnia huius mundi incommoda uel maxima propter uitam

Pli·lib·7· cap·43·
Plutarch·
Vale·lib·3· cap·3·

ꝑter uitam hic & alibi beatam, quæ certo nobis promiſſa eſt, ubi illa pacienter tulerimus ueritate dicente. In pacientia ueſtra poßidebitis animas ueſtras. Cui propheta ſubſcribens ait. Pacientia pauperum nõ peribit in æternum. i. pauperes pro ijs, quæ hic pacienter pertulerunt fructum æternum habebunt, æternaq; beatitudine perfruentur. Lucæ. 21. Pſal. 9.

SEXTODECIMO cogites de proximis tuis, quorum pleriq; æque tecum uel etiam in maioribus conſtituti ſunt aduerſitatibus, quemadmodũ uides inter alios qui pro forib. templi aliarũq; ædium mendicantes iacent potius quã ſedent. Quorũ utiq; ærumnæ tibi debuerint eſſe admonitiõi, ut facilius paciẽtiam feras in tribulationibus tuis, quũ uulgo dici ſoleat. Gaudium eſſe miſeris, ſocium habere in pœnis. Atq; profecto plerunq; leuius patimur, quod cum plurib. patimur. SEPTIMODECIMO cogitet de ſanctiſſ. atq; pijſſ. prophetis, patriarchis, apoſtolis, martyribus, idq; genus alijs, quorum infiniti penè non aliqua ſua culpa ſed planè propter iuſticiam & nomine Ieſu Chriſti, ita non modo pacientia in aduerſis ſed & in doloribus corporis ſæuiſq; cruciatibus fuere, ut ne tantillum quidem doloris indicium dare uiſi ſint, utpote gaudentes, quod digni eſſent habiti nomine Ieſu pati quicquã. Nonne Iob amiſſa omni ſub- Apoca. 7. Act. 5. Iob. 1. 2.

ſtantia, prole & ualetudine ſubſannatus tã ab exteris quã domeſticis pacientiſſime dicere cœpit. Iob.1. Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomẽ domini benedictũ Et paulopoſt. Si bona ſuſcepimus à domino, mala quare nõ ſuſtineamus? Gene. 41. Ioſippus à fratribus inique uenditus eorum iniuriã non ſolum tulit, ſed beneficio etiam repenſauit. Moſes, quo populum inſeſtiorem habuit, & ad conuicia proniorẽ eo impenſius cœli numen ijs propicium reddere perſeuerauit, precibus ad deum effuſis. Exod. 17. Num. 12. Nec Aaroni conuicianti conuiciatus eſt, nec ſorori, quia Aethiopicum ſibi connubium exprobraſſet, correptáq; eſſet lepra minus libens opitulatus eſt, præſentẽ ultionem ſuppliciter deprecatus. Quid propheta Dauid, quum à filio Semei probroſe uocaretur uir ſanguinũ & uir Belial uocaretur, aliud egit, 2. Reg. 16. quã quod paciẽter ad eos, qui eius uoluere ulciſci iniurias dixit. Dimittite eũ ut maledicat. Dominus enĩ præcepit ei, ut malediceret Dauidi. 4. Reg. 20. Et rex Ezechias prophetæ uoce admonitus ut diuiciæ, quas inſolentius oſtentaſſent, Babylonẽ transferrẽtur, nihil oraculum auerſatus ita occurriſſe fertur, bonus eſt ſermo, quem dominus loquutus eſt. Sit pax (oro) & ueritas diebus meis. Et pœna in poſteros dilata eſt. Act. 17. Quã uero pacienter tulerit Paulus iniurias Athe-

rius Athenienſiũ, quũ ab ipſis appellaretur Semi nerbius, & nouorum dæmoniorũ nunciator & ex argumento eſt humaniſſ. ſimul & pacientiſſ. ipſi us ad illos in actis Apoſtolicis aratio. Quis in dolore ferēdo Eſaia pacientior, qui uiuus duas in partes ſectus ne pacienti quidem in medio cruciatu uiſus eſt? Atq; Hieremias inter cætera, quæ pertulit mala dum cænoſo mergitur lacu & lapidibus obruitur, inuicto ſimilis apparuit. Eandem pacientiam declararunt tres pueri Hebraici generis; qui medio flammarũ æſtu deſtituti deo ſeruatori hymnum cecinerunt. Euſdem inſignis fuit pacientiæ Stephanus, pthomartyr, qui quũ lapidibus obrueretur, ſupplicij duritatē fortiter ferre, atq; ita potuit ut medio dolore non potuerit do percuſſorum ſalute non eſſe ſolicitus. TRANSEO infinitos alios tam glorioſos prophetas & patriarchas quã Apoſtolos & martyres atq; confeſſores, qui innumerabilia penè tam famæ quã uitæ, immo oĩm bonorum incõmoda perquã paciētiſſime ſuſtinuerũt, de quibus in hæc uerba loquitur ſcriptura. Stabũt iuſti in madgna conſtantia aduerſum eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Qui & merito cum gratulatione ad deum in propheta dicunt. Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in iis

Danie. 3.

Act. 7.

Sap. 5.

Pſal. 43.

omnibus ſuperamus, propter eum, qui dilexit nos Quis modo non æquanimiter ob cœleſtem patriã adipiſcẽdam ferat uel peßima quæq; aduerſa, quũ uideat tam patienter illa tuliſſe uiros illos tã omnium ſanctimonia præclaros, quorum utiq; pacientia uel proinde prodita eſt memoriæ, ut per paci-
Rho. 15. entiam, teſte Apoſtolo, & conſolationem ſcriptu-
Tobiæ. 2. rarum ſpem habeamus. Sic nimirũ adfirmat ſcriptura, dominum propterea tentationem cæcitatis in Tobiam permiſiſſe, ut poſteris daretur exemplum pacientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Ita unuſquiſq; aduerſis laborans illorum exemplo ſe ſolari debuerit, qui & eorum ueſtigijs ad pacientiam habendã frequentius hortandi ſumus, nempe Chriſti Ieſu, ſummi doctoris inſtitutione & inſtructione; qui ſuos ad tribulationum tolerãtiam uocaturus, eis prædeceſſorum ob oculos ponit paßionem
Matt. 5. & eorum pacientiam, dicens. Beati eſtis, quum
Lucæ. 6. maledixerint uobis homines, & pſequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum uos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniã merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſequuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante uos. ET HOC EST, quod. S. Iacobus nos ad pacientiã
Iaco. 5. cohortaturus ait. Pacientes eſtote, & confirmate corda ueſtra. Exemplũ accipite fratres exitus mali, &

li, & longanimitatis & laboris & pacientiæ propheta, qui loquuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sic ſcriptura quoq; perhibet Eleazarum, uirum ſanctum & ſeſenio confectum duram mortem ob patriā legem ſubijſſe, ut non ſolū iuuenibus ſed & uniuerſæ gēti memoriam mortis ſuæ ad exemplum uirtutis et fortitudinis relinqueret. Et Paulus inquit. Cupimus autem unumquenq; ueſtrum eandem oſtentare ſolicitudinem ad expletionem ſpei uſque in finem, ut non ſegnes efficiamini, uerum imitatores eorum, qui fide & pacientia hæreditabunt promiſſiones. DECIMOOCTAVO conſideret pacientiam dei patris opt. & Max. quia & ſeruū oportet eſſe obſequētem, & filium non decet eſſe degenerem. Qualis uero & quanta dei ſit pacientia (ſine tamen aliqua, qua ipſi patimur, paſſione) nemo facile expreſſurus eſt. Eius utiq; tāta eſt pacientia ut & cōtemptus & negatus parcere ſoleat. Nonne enim ille paciens eſt, quod etſi ſine intermiſſiōe à malis offendatur plusquā dici poſſit aut audiri, & ipſe in ſe peccata uno poſſit nutu uindicare, non tamen nō modo non uindicat uerū ſusq; deq; fert omnia, qui ſuper bonos & malos æqualiter facit diem naſci, & lumen ſolis oboriri, & cum hymbribus terram rigat, nemo à beneficijs

2. Mach. 6.

Hebr. 6.

eius excluditur, quo minus iuſtis ſimiliter & iniuſtis indiſcretas pluuias largiatur. Videmus etiā=num inſeparabili æqualitate pacientiæ nocētibus & innoxijs, religioſis & impijs, gratias agētibus & ingratis dei nutu tempora obſequi, elementa famulari, ſpirare uentos, fontes fluere, grandeſcere copias meſsium, fructus miteſcere uinearū, exuberare pomis arbuſta, nemora frondeſcere, prata florere. Et cum crebris immo continuis exacerbetur offenſis deus, indignationem ſuam temperat, & præſtitutum ſemel retributionis diem pacienter expectat. Cumq; habeat in poteſtate uindictā,

Rho. 2. mauult diu tenere pacientiam, ſuſtinens. ſ. (ut Apoſtolus ſcribit) clemēter & differens, ut ſi fieri poteſt ſimiliū malicia, ꝓtracta aliquādo mutetur, & homo in errorū & ſcelerū contagione uolutatus uel ſero ad dominū conuertatur, ipſo monente & dicente. Nolo mortē morientis, ſed ut reuertatur

Ezech. 18. & uiuat, exemplū ꝓculdubio nobis relinquēs, ut & ipſi aduerſantes eorūq; aduerſus nos iniurias pacīēter feramus, ei uindictā relinquētes, qui in tpe, ꝓut ſibi uidebitur & iſti merētur, retribuet. VNDEVIGESIMO cogitet, de ineffabili Ieſu Chriſti domini & ſeruatoris noſtri paciētia, quē ut ſequamur ipſemet hortatur dicēs. Exemplū de=

Ioan. 13. di uobis, ut quēadmodū ego feci ita & uos faciatis.

Hebr. 12. Ad cuius pacientiā ſequendā monet Paulus inquēs.

Per tolerantiã curramus in propoſito nobis certamine, reſpiciẽtes ad fidei ducẽ, & conſeruatorẽ Ieſum, qui ꝓpoſito ſibi gaudio, ꝑtulit crucẽ ignominia contẽpta, & ad dexterã throni dei cõſedit. Reputate enĩ qđ is talẽ ſuſtinuerit à peccatoribꝰ aduerſus ſe contradictionẽ, ne defatigemini, animis defecti. Hæc ille, & quidẽ uerißime. Nimirũ cuius uniuerſa uita uel ab incunabilis nullo prorſus paciẽtiæ genere caruit, imò qui nõ modo paciens ſed & ipſa dici ac uideri poßit paciẽtia. Ipſe quandoquidẽ oĩa bona terrena pacienter contẽpſit, ut cõtẽnenda mõſtraret, & oĩa terrena mala ſuſtinuit, ut & ea fortius ſuſtinenda ꝑſuaderet, ita ut nec in illꝭ quæreretur fœlicitas, nec in iſtis timeretur infœlicitas. Atq; in ſumma idem oĩa pacienter & humiliter tulit ut ſe nobis exemplũ, qđ ſequeremur, humilitatis & pacientiæ præberet. Si ea ꝓpter ille, utpote magiſter & dominus noſter nunquã nõ adeoq; in omnibus aduerſis pacientiã amplexatus eſt, quanto magis & ipſam nos amplecti debemus. Sanè (ut idem magiſter ueritatis ait) Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſup dominũ ſuum. Sufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. Si igitur fratres charißimi, Chriſtus dominus idẽq; præceptor noſter unicus ubiq; & in omnibus adeo paciens fuit, quur et Matt. 10.

ipſi diſcipuli & ſeruuli eius in aduerſis pacientiã
Hebr. 12. *abijciendã uelimus, imò* Apoſtolũ *hortatorẽ audi*
entes per tolerantiã curramus in propoſito nobis
certamine, reſpicientes ad fidei ducẽ, & cõſuma-
torẽ Ieſum, *qui propoſito ſibi gaudio ꝑtulit crucẽ*
ignominia cõtempta, & ad dexterã throni dei cõ
ſedit. Reputate *enim, qđ is talẽ ſuſtinuerit à pec-*
catoribus aduerſus ſe contradictionẽ, ne defatige-
mini, animis defecti. Si *ꝑinde diſcrutiaris, q͞a puer*
ſis orphanus & inops, aſpice Ieſum, *qui in præſe-*
piũ poſitus, nec habet ul' in diuerſorio locũ, quiq;
infantulus adhuc derelictus dẽptis parentibus Ma
ria & Ioſeph *ab omnib. ex chariſſ. patria multo*
tam itinerũ quã hoſtiũ diſcrimine in horridã Ae-
gyptũ defertur, Herodis *tyrannidẽ fugiens, ubi fri*
gus iuxta atq; æſtum, famẽ & ſitim ac illud genus
aduerſa perq̃ plurima ꝑtulit, tanq̃ paup & inops
in tota uita ſua, ut nunq̃ certã habuerit manſionẽ
eo ipſo ad quendã, qui cum ſequi uolebat, dicẽte.
Matt. 8. Vulpes *foueas habẽt, & uolucres cœli nidos, fili-*
Lucæ. 9. *us aũt hoĩs, non habet ubi caput ſuũ reclinet.* Si *la-*
boras infortunio, cogita Chriſtũ, *q nullo non tpe*
ſibi fortunã nouercã habuiſſe uidetur, ut q illã, cu
ius ipſe dominus eſt, neglexerit. Si *anguſtiar; labo*
re & ſudore, Ieſum *cõſidera, & cũ ſic adfectũ uide*
bis, quo nemo fuerit laborioſior, ut q diu noctuq;
domi foriſq; ſummis docendi laborib. planè obru

tus fuerit, interim nec uictu copioſo uel ſplẽdido, nec uehiculo unquàm uel aliquo oblectamẽto pro dulcedine requiei uſus, hinc de ſe ipſo, uere pau= per, inquit, ſum ego & in laboribus à iuuentute Pſal·87· mea· Si anguſtiaris, quia à tuis propris amicis & neceſſarijs deſpiceris, cogita Chriſtum, de ſe dicen tem ad patrem· Elongaſti à me amicum & proxi= mum, & notos meos à miſeria· Amici mei & pro= ximi mei aduerſus me ſteterunt, poſuerunt me abo minationem ſibi· Si quoniam deſpectus ſis à pleris que omnibus, recordare Ieſu Chriſti, de quo pro= pheta, uidimus eum deſpectum, & nouiſſimum ui= rorum, & nos reputauimus eum, quaſi leproſum Eſaiæ·53· & percuſſum à deo & humiliatum, & ipſi de ſe ait Pſal·21· Ego autem uermis & non homo, opprobrium ho= Matt·14· minum & abiectio plebis· Omnes uidentes me deri Marc·6· ſerunt me· ſi quod tibi aliquis ex charis obijt, cogi ta Chriſtum, qui morte etiam turpi ac innocenti amittit chariſſimum ſuum præcurſorem Ioannem Baptiſtam, quo inter natos mulierum nõ ſurrexit maior· Si quia authoritate tua corã populo ſismi nutus, aſpice Chriſtũ, qui creator temporũ & con ditor uniuerſitatis ab omni populo Hieroſolyma nõ aliter atq; ſummus imperat· glorioſiſſ· introdu ctus ueſperi foras expellitur, quiq; in eadẽ ciuitate à plebe eadem & eodem tẽpore, nunc quidẽ ꝓceſſi onis gloria & diuinis eſt laudib· honoratus, poſt=

modū uerò interrogatus cōtumelijs & tormēto, et cū ſceleratis deputatus eſt. Si quoniam contra tuā uoluntatem male uiuant aliqui ex filijs tuis, qui nolunt tuis acquieſcere monitiōibus, cogita Ieſum quàm ei male obediuerit Iudas, quem ſibi Apoſtolum elegerat, & præceteris officio nō triuiali præfecerat, qui ne dū fur ſed & parricida futurus erat, nulla ductus cauſſa. Si, quia à nonnullis adficeris iniurijs, contumelijs, conuicijs, tuoq; ad eum modum honori detrahitur, conſidera Chriſtum, qui et
Daniel. 9. ſi ab omni culpa uacuus, idemq; ſanctorū ſanctus;
Matt. 11. à Iudæis tamē perfidis, ſcribis & phariſeis cognominatus eſt ignominioſiß. homo uorax & pota-
Matt. 12. tor uini, publicanorum & peccatorum amicus, immò qui & dæmonium haberet ſecum, & dæmonia
Lucæ. 11. in nomine principis Belzebub dæmoniorum eijceret. Si quia odio inimici te gratis perſequutur, memor ſis obſecro Ieſu Chriſti, quem inimici eius ad mortem uſq; interneciuo odio perſequuti ſunt, nuſquàm ab illis tutus, hinc ad nos ille inquit. Si mundus uos odit, ſcitote, quia me priorem uobis odio
Ioan. 15. habuit. ſ. ſine cauſſa ſed odio ueritatis & iuſticiæ. Si me perſequuti ſunt, & uos perſequētur. Si quia ægrotus uel morbo uel aliunde, rurſus cogita, dominum Ieſum, qui uſq; adeo infirmus & in nulla non parte corporis ægrotus fuit, ut de eo propheta uere

ta uere dixerit. Omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis uſq; ad uerticem, non eſt in eo ſanitas. Et ipſe de ſe ipſo. Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio uentris mei. Aruit tanquã teſta uirtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis, & foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Si quoniam à falſis fratribus male tractaris, cogita Chriſtum, qui Iudam potuit uſq; ad extremum longa pacientia ſuſtinere, cibum cum mimico ſumere, hoſtem domeſticum ſcire, nec palam oſtendere, traditoris oſculum non recuſare, quem & furem pertulit & ante experimentum uinculorum & crucis & mortis labijs eius doloſis non negauit oſculum pacis. Si quoniam facto à quopiam læſus ſis, inſpice Chriſtum, qui cum alapam duriſsimam accepiſſet, eiq; malediceretur, nihil contumelioſe loquutus eſt, ſed magis innocẽtiam ſuam per pacientiam tutatus eſt, inquiens. Si male loquutus ſum &c. Si deniq; malam ſubire mortem cogeris, cogita quoq; Ieſum Chriſtum, qui & ipſe ſanctiſsimus & innocentiſsimus turpiſsima morte medius inter duos latrones condemnatus eſt, morte. ſ. crucis. ſ. in ligno, in quo quis olim pepẽdit, maledictus eſt habitus. Vnde eius dudũ ante aduerſarij de ipſo

Eſaiæ.1. Pſal.21. Matt.26 Mar.14. Mar.14. Ioan.19. Deut.21.

Sapien. 2. dixere. Circumueniamus ergo iuſtum, quoniã in utilis eſt nobis, & cõtrarius eſt operibus noſtris, Contumelijs & tormento interrogemus eum, ut ſciamus reuerentiam eius, & probemus pacientiã illius. Morte turpiſ. cõdemnemus eũ. Quid multa. Nihil plane aduerſitatis, uel in iniurijs ferendis uel in dolore corporis tolerando quiſquam poterit de ſe adlegare, quod non abundantius & acerbius in Chriſto fuiſſet, qui tamen quicquid eius fuit pacienter & adeo ſuſtinuit, ut ne tantillum indicij alicuius impacientiæ unquam in ipſo ſit animaduerſum. Si proinde chariſſimi, tantopere dominus noſter aduerſa tulit & quidem non pro ſuis ſed pro alienis malis adeo paciẽs extitit, ut etiã medio cruciatu ſub mortem pro inimicis patrem pacientiſſime orauerit, quis eſt, qui nec inde ad pacientiam in omnibus ſuis aduerſitatibus cõfortari uelit? Nemo ſanè, niſi qui ſit uel ferreus uel adamante durior. Sin eſt (quod abſit) qui nec huius nec patris Opt. Max. nec patriarcharum, nec prophetarum, nec Apoſtolorum, nec martyrum, nec cõfeſſorum nec hoc genus pijſſimorum hominum (qui nihil magis putarunt in laude uirtutum ſuarum, quàm qđ pacientiam forti & ſtabili æquanimitate tenerent) exemplo, nec tot ac tantis rationibus & pacientiæ utilitatibus & commodis ad pacientiã habendam

Lucæ. 23.

bendam permoueri poteſt, is conſulo deuotione tota ad deū currat, illam ſupplex ab eo exoraturus, quemadmodum poſtremo hoc capite, deo duce, abſoluemus.

PACIENTIAM A DEO SOLO PRESTARI, ET AB EODEM SOLO ILLAM ESSE PETENDAM CAPVT VIII.

ETSI *dederimus nonnulla quæ ad pacientiam, quæ huius eſt nomine digna uirtutis, facile quēquàm trahere debeant, non tamen eſt, quod quis eam aliunde quam à deo præſtādam putet, unde & ipſam, quæ noſtris haud comparari poteſt uiribus, recte quis eſt expetiturus, nec ſe uel* Dauide *uel paulo ſuperiorem exiſtimet, quorum neuter ſuis uiribus ſe pacientem eſſe poſſe cēſuit.* Dauid quidem, deo inquit *ſubiecta eſt anima mea, quoniam ab ipſo eſt paci-* Pſal. 61.
entia mea. Atq; *ipſe* Paulus, *in aduerſis paulo acer-* 2. Cor. 12.
bius tribulatus, propter quod, ait, ter dominum rogaui, ut diſcederet à me .ſ. ſtimulus carnis & Sathanas colaphizans, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam *uirtus in infirmitate perficitur.* Ideoq; *nec noſtrum quiſquam in ſe confidat, ſed cū ſapientiſſ. Solomone dicat. Quomodo poſſem eſſe*

Sapien. 8. continens, niſi deus det? Et rectè nimirum, quando
Iacob. 1. quidem ſolus ille ſit, à quo, patre luminum, omnis
Ioan. 15. donatio bona, & omne donum perfectum eſt, ſine
quo nihil facere poſſumus, nec nobis fructuoſum
eſſe poteſt quicquam niſi ille fructificet, gratum
ſibi idipſum faciens. Ea propter chariſsimi fratres
ſi quis ueſtrũ uel rei familiaris amiſsione, uel mor
bi acerbitate, uel inimicorũ uel amicorum perſe=
quutiõe uel id genus aduerſitate diuexatur, ne quæ
ſo, debilitetur, ne frangatur ſed paciens ſit, memor
uictoriam eſſe non poſſe niſi præcedat pugna, nec
coram dari niſi uincenti, uerum dignoſci quoq; gu
bernatorẽ in tempeſtate, in acie militem pariter
Rho. 5. probari iuxta Apoſtolũ uerè dicentem. Scientes
qđ tribulatio pacientiã operatur, pacientia autẽ
ꝓbationem, probatio uero ſpem. Spes autem non
cõfundit. Vtiq; aduerſa uel quamlibet immẽſa non
eſſe nobis debent offendicula ſed prælia, nec debili
tare nec frangere Chriſtiani fidem, ſed potius oſtẽ
dere in colluctatione uirtutẽ. quando cõtemnenda
ſit omnis iniuria malorũ præſentium, fiducia futu
rorũ bonorum, quã uel ſola, ut diximus, tuetur pa
cientia, quæ ſi defuerit, à deo Opt. Max. deuotiſsi=
Iacob. 1. mè eſt exoptanda, qui ſolus eã largitur, qui largi=
tur, inquã, omnibus ſimpliciter, nec exprobat, ac
dabitur ei, ſed poſtulat cum fiducia nihil heſitans.
Ita nimirũ

1004.930

le, inopinatus adeſſe ſolet, nempe qui fidelis haud ſinet quenpiã apprehendere tentationem niſi humanã, qui nec patitur aliquem tentari ſupra id qđ 1·Cor·10· poteſt, ſed facit cum tentatione prouentum, ut poſſit ſuſtinere, dicens· Ecce uenio cito· Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam· Qui uicerit, Apoca·3· dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego uici & ſedi cum patre meo in throno eius·

F I N I S·

Soli Deo Opt· Max· laus & gloria·

62

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
1972
ROMA